




# Disputatio theologica de articulis religionis utriusq[ue] Euangelicae & Papisticae,

<https://hdl.handle.net/1874/452982>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnde
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**


**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. oct.

170








1. *Contra* *adversarios*  
2. *Contra* *adversarios*  
3. *Contra* *adversarios*  
4. *Contra* *adversarios*  
5. *Contra* *adversarios*  
6. *Contra* *adversarios*  
7. *Contra* *adversarios*  
8. *Contra* *adversarios*  
9. *Contra* *adversarios*  
10. *Contra* *adversarios*  
11. *Contra* *adversarios*  
12. *Contra* *adversarios*  
13. *Contra* *adversarios*  
14. *Contra* *adversarios*  
15. *Contra* *adversarios*  
16. *Contra* *adversarios*  
17. *Contra* *adversarios*  
18. *Contra* *adversarios*  
19. *Contra* *adversarios*  
20. *Contra* *adversarios*  
21. *Contra* *adversarios*  
22. *Contra* *adversarios*  
23. *Contra* *adversarios*  
24. *Contra* *adversarios*  
25. *Contra* *adversarios*  
26. *Contra* *adversarios*  
27. *Contra* *adversarios*  
28. *Contra* *adversarios*  
29. *Contra* *adversarios*  
30. *Contra* *adversarios*  
31. *Contra* *adversarios*  
32. *Contra* *adversarios*  
33. *Contra* *adversarios*  
34. *Contra* *adversarios*  
35. *Contra* *adversarios*  
36. *Contra* *adversarios*  
37. *Contra* *adversarios*  
38. *Contra* *adversarios*  
39. *Contra* *adversarios*  
40. *Contra* *adversarios*  
41. *Contra* *adversarios*  
42. *Contra* *adversarios*  
43. *Contra* *adversarios*  
44. *Contra* *adversarios*  
45. *Contra* *adversarios*  
46. *Contra* *adversarios*  
47. *Contra* *adversarios*  
48. *Contra* *adversarios*  
49. *Contra* *adversarios*  
50. *Contra* *adversarios*  
51. *Contra* *adversarios*  
52. *Contra* *adversarios*  
53. *Contra* *adversarios*  
54. *Contra* *adversarios*  
55. *Contra* *adversarios*  
56. *Contra* *adversarios*  
57. *Contra* *adversarios*  
58. *Contra* *adversarios*  
59. *Contra* *adversarios*  
60. *Contra* *adversarios*  
61. *Contra* *adversarios*  
62. *Contra* *adversarios*  
63. *Contra* *adversarios*  
64. *Contra* *adversarios*  
65. *Contra* *adversarios*  
66. *Contra* *adversarios*  
67. *Contra* *adversarios*  
68. *Contra* *adversarios*  
69. *Contra* *adversarios*  
70. *Contra* *adversarios*  
71. *Contra* *adversarios*  
72. *Contra* *adversarios*  
73. *Contra* *adversarios*  
74. *Contra* *adversarios*  
75. *Contra* *adversarios*  
76. *Contra* *adversarios*  
77. *Contra* *adversarios*  
78. *Contra* *adversarios*  
79. *Contra* *adversarios*  
80. *Contra* *adversarios*  
81. *Contra* *adversarios*  
82. *Contra* *adversarios*  
83. *Contra* *adversarios*  
84. *Contra* *adversarios*  
85. *Contra* *adversarios*  
86. *Contra* *adversarios*  
87. *Contra* *adversarios*  
88. *Contra* *adversarios*  
89. *Contra* *adversarios*  
90. *Contra* *adversarios*  
91. *Contra* *adversarios*  
92. *Contra* *adversarios*  
93. *Contra* *adversarios*  
94. *Contra* *adversarios*  
95. *Contra* *adversarios*  
96. *Contra* *adversarios*  
97. *Contra* *adversarios*  
98. *Contra* *adversarios*  
99. *Contra* *adversarios*  
100. *Contra* *adversarios*

E. oct.  
170

11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

## Theologia

Octavo n°. 170.



N. 10. B.

gac  
8. oct. 170

DISPUTA-  
TIO THEOLOGICA  
DE ARTICVLIS RELIGIONIS  
utriusq; Euangelicæ & Papistico-  
cæ, Collecta per Leonhardum  
Culmannum.



NORIBERGÆ.  
Apud Gabrielem Hayn, Iohan.  
Petrei generum.

1. 5. § 3.





**DISPVTATIÓ  
DE PRÆCIPVIS FIDEI**  
Christianæ articulis seu doctrina,  
habita inter utriusq; religionis pro-  
pugnatores, Collecta per Leon-  
hardum Culmannum,

Papisticus.

**C**Urus Euangelici in nos miseros Sa-  
cerdotes, & Monachos usq; adeo sœui-  
tis, Sathanæ traditis, & prorsus condemnatis,  
qua de causa quæso tale odium commerui-  
mus:

Euangelicus,

Rogas Domine mi & pater uenerande?  
Quia nos falsa doctrina, & inani atq; inutili  
Dei cultu hactenus fefellistis, neq; adhuc cog-  
nita & aperta ueritate uerbi Dei desinitis,

Papisticus.

Non est sancte nostra culpa, mihi crede, sed  
Papæ, Cardinalium & Episcoporum, qui ita  
statuunt & ordinant, quibus & obedientiam  
summam debemus.

Euangelicus.

Attamen illi non prædicant, neq; unquam

A 2 Sacra-

<sup>a</sup>

Sacramenta porrigunt, atq; etiam raro sacris  
actionibus intersunt.

### Papisticus.

Hæc est quidem perpetua nostra querela: illi enim otio fruuntur, & uiuunt lautissime, abundant diuitijs, indulgent genio, uiuunt etiam liberrime, At nos interim ringimur, oneribus aggrauati maximis, scilicet precum horarum, ieiuniorum, uexamur insuper castis telenis immodicis.

### Euangelicus.

Sed hæc uestro seruiunt uentri, inde satis laute uiuitis, cutem curatis očiosi, sine onere domestico, Interim tamen in uera fide, et recto scripturæ sacræ intellectu longe lateq; erratis, & alios multos uobiscum seducitis.

### Papisticus.

Ita uos Lutherani iudicatis, sed nobis iniuriam facitis, Nos enim ueterem fidem, & antiquam religionem seruamus & profitemur: uos autem nouum, nescio quod genus doctrinæ recipitis, & ueteres Ecclesiæ ritus planè abrogatis & deponitis, in quibus tamen nos salutem animarum sitam esse docemus.

### Euangelicus.

Sed

Sed falso, idq; te scripturarum sacrarum  
testimonij conuincere possum, si modo me  
benigne & placide audire uelis, eadem condi-  
tione & ego te respondentem audiam.

### Papisticus.

Placer mihi oblata conditio, non habebis  
me morosum, iracundum, et difficilem respon-  
sorem, dabo operam, quo possim te amouere  
a suscepto Lutheranismo. Nam benè instru-  
ctum & probè paratum me inuenies Locis  
communibus doctoris nostri Eccj.

### Euangelicus.

At ego penes me habeo Biblia seu uolumi-  
na sacra ueteris & noui Testamenti, in quibus  
coelestis doctrina à Deo translata, de pietate,  
uera sapientia & salute humana mira diligen-  
tia & fide admirabili sanctissimaq; toti mun-  
do tradita est, Sed age à peccato incipiamus.

## De Peccato.

### Euangelicus.

**E**X Euangeliu nostri Sacerdotes docent,  
non modo externa mala opera peccata,  
sed naturam humanā penitus esse corruptam,

Primus  
locus.

A 3 ita

**4**

ita ut Deum non uerè timeat, non illi credat,  
non eum diligat ex toto corde. Item scatere  
cupiditatibus repugnantibus legi Dei, quæ  
infirmitas uerè peccatum est.

### Papisticus.

At nostri diuersum docent, nempe cognata  
tam inobedientiam & inclinationem aduer-  
sus mandata Dei non esse peccata, ideoq; pos-  
se legi Dei ab hominibus satis fieri.

### Euangelicus.

Hoc modo doctrinam poenitentiae & re-  
missionis peccatorum plane obscurant: sed  
perge.

### Papisticus.

**Concupis- centia.** Docent quod concupiscentia, quæ à Bap-  
tismo remanet in homine, lex membrorum,  
infirmitas, male ualetudo, non sit peccatum,  
nec mortale, nec ueniale, & post baptismum  
non originale, sed esse poenam peccati, parit  
autem peccatum.

### Euangelicus.

Sed hæc opinio hominem baptizatum red-  
dit ad militandum contra carnem, pigrum &  
oscitanteim, ut qui se sanum & uelut in tuto  
collocatum arbitratur.

### Papisticus.

## Papisticus.

Eçquid uestri Concionatores docent de concupiscentia: cupio enim id ex te horum discipulo audire.

## Euangelicus.

Docent concupiscentiam, quæ se malis fructibus in homine baptizato prodit, in se peccatum esse.

## Papisticus.

Vnde illud probant

## Euangelicus.

Ex Epistola diui Pauli ad Roma. cap. 7. *Roma. 7.*  
Nunc autem non iam ego perpetuo illud, sed  
inhabitans in me peccatum. Deinde ex *Genesi* cap. 6. *Cuncta cogitatio cordis humani Gen. 6.*  
prona est ad malum omni tempore.

## Papisticus.

At Apostolus in persona impiorum hæc dixit.

## Euangelicus.

Non, Impi enim non consentiunt legi, non seruiunt mente legi Dei, Verum qui ita loquitur, & baptizatus erat & electum Dei organum, conqueritur tamen de concupiscentia post Baptismum, & peccatum uocat. Ideo

A 4 nostri

noſtri recte docent, concupiſcentiam, que eaſa  
dem fructus parit poſt Baptiſtum, quos pro-  
duxerat ante, appellari peccatum.

### Papifticus.

Habent ne huius etiam ſacrae ſcripturæ te-  
fumonium?

### Euangelicus.

Roma. 6. Habent, Paulus enim ad Rom. 6. baptiza-  
tos hortatur, Ne regnet peccatum in mortali-  
Roma. 7. uestro corpore. Item cap. 7. Nam & concu-  
pifcentiam non nouissem, niſi lex dixiſſet, non  
concupiſces. Si concupiſcentia lege prohibe-  
tur, Igitur eſt peccatum.

### Papifticus.

Eſt tamen aliquod diſcrimen hic ſeruan-  
dum:

### Euangelicus.

Eſt, Quia ante baptiſtum aquæ & ſpiri-  
tus, concupiſcentia illa erat peccatum reg-  
nans, poſt lauacrum regenerationis, eſt pecca-  
tum uiictum, eſt quidem natura ſua malum,  
ſed uerè regeneratus, non ambulans secun-  
dum carnem, ſpiritu gratiæ, peccatum illud  
refrenat, ne dominetur, ut nihil damnationis  
Roma. 8. ſit Christo iuſiſis Roma. 8. Non enim impu-  
tatur

tatur ei ad damnationem, propter spiritum  
carni reluctantem.

### Papisticus.

Ergo iuxta uestram sententiam recte dixit Augustinus: In Baptismo, inquit, remittitur *nus*. uniuersum peccatum, non ut non sit, sed ut non imputetur.

### Euangelicus.

Iudica nunc Reuerende pater, uter horum uerius loquatur. Qui uetus hoc fermentum malitiaē sic extenuant, ut Infirmitatulam dunt taxat uocent, quæ non ueniale quidem peccatum sit, gratiam Christi ignorant, Itmo blasphemant.

### Papisticus.

Attamen nostri Theologi ita docent & scribunt, noluntq; se esse damnabili & mortali peccato obnoxios coram Deo, & qui aliter docent, hæresim esse dicunt.

### Euangelicus.

Sapit hæresim, quicquid illorū captui non fuerit accommodum, nullus tamen unquam sanctorum ita de se sensit. Hiob uir simplex rectus ac timens Deum. Dixit cap. 1. Si iustificare me uoluerō, os meum me condemnabit. Hiob. 11

A s      Et

**Hiob. 9.** Et cap. 9. Verebar omnia opera mea. Et Das  
**Psal. 142.** uid Psal. 142. Ne intres in iudicium cum ser-  
**.. Cor. 4.** uo tuo &c. Et Paul. 1. Cor. 4. Nihil mihi con-  
 scius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

### Papisticus.

Vis ergo omnes homines esse peccatores  
 in omni genere peccati:

### Euangelicus.

**Prec. atio.** Sane quidem uolo. Ita enim dicit scriptu-  
 res omnes ra: Omnes homines tam Iudeos, quam Græ-  
**homines.** cos peccato obnoxios esse, omnes deflexerunt  
 ceu à recta uia in deuia iniusticiæ. Esa. 53 Non  
**Esaie 53.** est qui bonum faciat, non est usq; ad unum.  
**Roma. 3.** Roma. 3. Nullus Deum requirit, sed affectus  
**Psal. 13.** nostros sequimur. Psalm. 13. Simul inutiles  
 facti sumus. Quibus uerbis adeò irretimur  
 omnes, ut nullus nostrum possit elabi: nemo  
 enim nostrum quicquam iusti, ueri uel boni  
 exercet. Omnes enim opus Dei uel prorsus  
 negligimus, uel negligenter facimus. Ergo  
 omnes maledicti sumus.

### Papisticus.

Habes ne huius rei exemplum?

### Euangelicus.

Exemplum habes in precibus, quas quis  
 cupit

9

cupit absq; euagatione mentis Deo dicere, &  
præter sententiam suam uarias cogitationes  
admittit.

### Papisticus.

Quid ita? Ego sane hoc non intelligo, dic  
quæso planius?

### Euangelicus.

Iustus impellitur à Spiritu sancto ad facien-  
da bona, sed obstat caro & deformat opus.  
Iustus cupit agere bonū opus optimè, sed cum  
considerauerit quale illud sit, inuenit multis  
modis uiciatum & non factum sicut uult.

### Papisticus.

Causam illius quam esse dicis?

### Euangelicus.

Inhabitans peccatum seu uiciata natura, si-  
ue ipsa peccatrix natura, quæ suo imperio si-  
bi nos uindicat, et à mandato Dei auellit. Ideo  
agnoscit in se adhuc homo etiam iustificatus  
peccatum & peccandi cupiditatem.

### Papisticus.

Attamen multi in scripturis de iusticia lau-  
dantur, nempe Noe, Abraham, Iob, & Iimi-  
les, & in nouo Testamento Zacharias & Eli-  
zabet?

Euanc.

## Euangelicus.

Scias illos iustificari comparatione ad iniustiores, non quod sint expertes omnis maculae, quae solius Christi laus est, quamvis uerum sit, credentibus id quod habent iniusticiæ non imputari in peccatum.

## Papisticus.

In nobis ergo est, ut audio, quod bona Dei dona uitiat & mala reddit.

## Euangelicus.

Est sane in nobis, quod mentem etiam illat & inescat, concupiscentia prava, quæ a primo parente ueluti peccati seminarium infitum, noxios foetus producit, & in mortem pertrahit æternam.

## Papisticus.

In quem dicis culpam damnationis esse rei-  
tiendam?

## Euangelicus.

Non in Deum, qui bonorum omnium fons est & origo, Vt cunctæ enim à Deo omnia fiunt, malorum tamen autor nullo pacto dici nec potest, nec deber, qui iustus est in omnibus iuis suis & sanctus in omnibus operibus suis, qui diligit iusticiam & æquitatem, & odit omnem

omnem iniuriam, qui mortem non fecit, Psal. 147.  
nec delectatur in perditione impiorum, Psal. Psal. 44.  
144. & Psalm. 44. Sap. 1. Sed in nos, nobis Sap. 1.  
omnis culpa adscribenda est, qui natura pecca-  
tores sumus.

## De libero arbitrio

Euangelicus.

**A**vidam porrò, quid aut quomodo tui *Locus se-  
cundus.* prædicatores de libero arbitrio docēt? *Papisticus.*

Docent homini inesse liberum arbitrium,  
quo potest bene uel male agere, & per quod, si  
etiam in peccato mortali fuerit, Deo adiuuan-  
te, resurgere ualeat.

Euangelicus.

Sed hæc doctrina planè falsa est. Nam cum  
omne figmentum humani cordis ab infancia  
malum esse pronunciet Dei spiritus. Gene. 6.  
& 8. cum nullum esse iustum, nullum intelli-  
gentem, nullum qui Deum exquirat, omnes  
uero esse inutiles, corruptos, uacuos timore  
Dei, plenos fraude, amarulentia, & omni ne-  
quitia genere, destitutos gloria Dei tradat,  
*Gene. 6.9*  
Psalms.

**Psal. 13.** Psalm. 13. Rom. 3. & 8. Cum omnem sensum  
**Roma. 3.** carnis inimicitiam esse aduersus Deum da-  
**Roma. 8.** met, nec quicquam nobis faciat reliquum, ne  
**2. Cor. 3.** ad bene cogitandum. 2. Cor. 3,

### Papisticus.

Ecquid inde colligunt tui prædicatores?

### Euangelicus.

**August.** Cum Augustino lib. 3. ad Bonifa. pro-  
 nunciant, Hominē libero arbitrio male usum,  
 & se, & illud perdidisse. Item lib. de perse. iusti  
 respons. 9. Vicia uicio in quod cecidit uolu-  
 tate, carere libertate naturam. Item cum Am-  
 brosio de fuga seculi, non esse in potestate no-  
 stra cor nostrum, nec cogitationes nostras.

### Papisticus.

Audiam ex te etiam sacræ scripturæ testi-  
 monium:

### Euangelicus.

Deus testatur suum opus esse innouare cor,  
 ex lapideo facere carneum, inscribere legem  
 suam cordibus, & uisceribus nostris eam in-  
 sculpere, facere ut in præceptis suis ambule-  
 mus, dare & bonam uoluntatem & operis ef-  
 fectum, ponere in cordibus nostris timorem  
 nominis sui, ne unquam à se recedamus, per-  
 ficeret

sicere deniq; opus bonum quod incepit in nobis, usq; ad diem Christi in nobis.

### Papisticus.

Vbi hæc scripta sunt?

### Euangelicus.

Terem. 13. 32. 31. Ezech. 11. 36. 2. Cor. 3.  
Psalm. 51. Philip. 2.

### Papisticus.

Perge obsecro, nihil possum tibi contram aperta scripturæ sacræ testimonia responderem. Vincor, ideo raceo.

### Euangelicus.

Constituunt ergo cum Augustino filios Dei eius spiritu, ut quod agendum est agant. Item trahi ab eo, ut uolentes ex nolentibus fiant, item post casum hominis nō nisi ad Dei gratiam pertinere, ut homo ad eum accedar, nec pertinere, nisi ad eandem gratiam, ut ab eo non recedat. Item nos nescire quid in uoluntate nostra boni inueniri possit, quod sit nostrum.

### Papisticus.

Ergo liberum arbitrium magnitudine pri-  
mi præcepti perdidimus:

Euange-

## Euangelicus.

*Cyprian.* Est ut dicis, ut in Deum credamus & pie utiamus, non esse uolentis, neq; currentis, non quia non uelle debeamus & currere, sed quia Deus utrumq; efficit. Ideo Cyprianus ait, In nullo esse gloriandū, quando nihil nostrū sit.

## Papisticus.

*August.* Recte ne dixit Augustinus: Quod homo per malum uelle perdidit posse bene?

## Euangelicus.

*Ambro.* Ita, Nam licet inquit Ambrosius insit homini bonum nolle, tamen nisi donatum non habet bonum uelle, & illud contraxit natura per culpam, hoc recepit natura per gratiam.

## Papisticus.

Si bonorum actuum liberum arbitrium non est dominus, quia non bonum, cui ergo debetur bonum quod agimus?

## Euangelicus.

*Augst.* Spiritus regit, inquit Augustinus, carō regitur. Nec spiritus bene regit, si non regatur.

## Papisticus.

Da mihi unum atq; alterum sacrae scripturæ locum, quo id credam facilius?

*Euan-*

### **Euangelicus.**

Dauid inquit, Psalm. 22. Dominus regit Psalm. 22.  
me etc. non liberū arbitrium. Paulus ad Ro. 8. Roma. 8.  
Quicunq; spíritu Dei aguntur , hi sunt filij  
Dei. Item Psalm. 43. Tu es rex meus & Deus Psalm. 43.  
meus. Psalm. 142. Spíritus tuus deducet me. Psa. 142.  
Psa. 43. In te Domine inimicos nostros uenti= Psalm. 43.  
labimus cornu, nō in arcu uoluntatis nostræ.  
Psal. 36. A domino gressus hominis diriguntur Psalm. 36.  
ut utiā eius uolet. Psa. 72. & 122. Hier. 10. Psalm. 17.  
Ecce Domine quia non est hominis uia eius, et 122.  
nec est uiri, ut dirigat gressus suos. Hierc. 10.

### **Papisticus.**

Ecquid inde quæsto colligendum doces?

### **Euangelicus.**

Deficere eum, qui uiuit secundum liberum  
arbitrium, etiam dum uidetur in bonum fer-  
ri, quia non uiuit secundum Deum. Rex enim  
noster Deus regit , non liberum arbitrium,  
quod seruit, Siquidem libertas sine gratia ni-  
hil est, nisi contumacia, non est libertas.

### **Papisticus.**

Cui seruit liberum arbitrium?

### **Euangelicus.**

A concupiscentia deuictum est liberum  
B arbitrium,

arbitrium, ergo ipsius est seruum effectum.  
A quo enim quis deuictus est, huic est & ser-  
uus addictus.

Papisticus.

Ergo plane negatis liberum arbitrium?

Euangelicus.

Non negamus, id quod uos ueluti conse-  
taneum iudicatis, Imò in Deo magis firma-  
mus. A Deo enim est totus homo & totaliter,  
Deinde etiam uoluntas hominis, etiam tota  
& totaliter à Deo est, Nam sine ipso factum  
Ioan. 14.  
est nihil, Iohan. 1.

Papisticus.

Quid inde colligitis?

Euangelicus.

Si totus homo est à Deo, est & totaliter. Si  
uoluntas est à Deo tota & totaliter, quomodo  
non actus hominis est à Deo & totus & totali-  
ter?

Papisticus.

Melius sane, ut audio, dicitis, quam nostri,  
sed approba mihi illud quæso scripturæ testi-  
monio:

Euangelicus.

Apostolus hoc ita esse declarat, qui dat uela-  
le opes

le operari pro bona uoluntate. Item Augustinus. Est enim, inquit, liberum arbitrium, sed nihil ualeat sine Dei gratia.

### Papisticus.

Sed nostri docent, bonum actum totum à Deo proficisci, ut tamen non totaliter, ut non nihil etiam à nostra uoluntate deriuetur.

### Euangelicus.

Ergo mentitur Apostolus ad Rom. 8. Scio, Roma. 8.  
Inquiens, quod non habitet in me, hoc est, in carne mea bonum. Quicquid boni in se inspi- ciunt pñ, immortalis gratiæ cognoscunt do- nū, quicquid uero malisibi inesse cognoscunt, de mortali propagine sentiunt meritum.

### Papisticus.

Sequitur nostros mentiri, & nō recta docere?

### Euangelicus.

Imò frustra garriunt tui Sophistæ, qui dō- cent & scribunt actum bonum esse totum à Deo, sed non totaliter, cum non uirtute pro- pria, sed præueniente gratia superna agimus quicquid est boni coram Deo. Sicut enim pa- bres non potest edere fructum à semetipso, ni- si manserit in uite, ita nec nos, nisi manse- rius in Christo, Ioan. 15.

Ioan. 15.

**Papisticus.**

Actamini nostri habent testimonium scripturæ, homini esse liberum arbitrium, non solum in statu conscientiæ, sed & lapsus tantum erit amnum virtutis, ut faciendo quod in se est, remoueat obicem & impedimentum gratiæ, sçp disponat ad gratiam iustificantem.

**Euangelicus.**

Credo illos conari approbare & cōfirmare hanc doctrinā scripturis perperam intellectis, ut Eccle. 15. Vbi Deus hominem dicitur reliquissim in manu consilij sui, adiecissem mandata, que si uoluerit cōseruare, cōseruabunt ipsum.

**Papisticus.**

Est sane ut dicis, ideo hūc conuerrūt quicquid ubiq; in scripturis est legū & admonitionum.

**Euangelicus.**

Collige ea omnia ad certū aliquem modum.

**Papisticus.**

Colligam ad hunc modum,  
Deus præcepit ut hoc faciamus,  
Leges uitæ præscripsit, transgressorī minatur  
poenam,

Ergo in nostra potestate est hoc ipsum facere.

**Euangelicus.**

Est

Est quidem enthymema, sed nihil facit ad doctrinam & gloriam Christi, quam impensis querere oportet.

### Papisticus.

Docent porro initium poenitentiae in nobis esse, & per dispositionem ad gratiam nobis tribuunt, facientibus quod in nobis est, ut bono motu ex libertate uoluntatis elicito, primam gratiam mereamur de congruo?

### Euangelicus.

Sed audi quid dicat scriptura. Hiere. 15. Hiere. 15.  
Sana me Domine, inquit, Propheta, & sanabor, Saluum me fac, & saluus ero. Item 31.  
Conuerte me Domine, & conuertor, quia tu Hier. 31.  
dominus Deus meus. Postquam enim conuersti  
me, egi poenitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, Ergo gratia  
Dei poenitentiam in nobis operatur, labore  
ad poenitentiam non peruenimus. Conuerte,  
inquit, me & conuertor. Ergo id ipsum quod  
agimus poenitentia nisi Dei adiuuamur auxi-  
lio, implere non possumus.

### Papisticus.

Præterea docent hominem per liberum arbitrium ex puris naturalibus implere posse præcepta diuina, quo ad actus substantiam,

*et si non quo ad intentionem præcipientis  
Euangelicus.*

Si hæc uera sunt, sequitur peccatori in ma-  
nu esse resipiscere, aut in peccatis permanere.

**Rom. 7.** Quod si tantum potest natura, quid opus erat  
gratia: Léx est spiritualis inquit Paulus Ro. 7.  
Nos carnales, uenundati sub peccatum, Qua-  
re ut legem facias, spiritualis fias oportet, hoc  
in tuis uiribus non est, sed Dei gratia.

### Papisticus.

Habes ne huius rei testimoniam?

*Euangelicus.*

**Cor. 3.** Habeo, quæ tibi dicam, ad Cor. 2, cap. 3.  
Non sumus sufficiētes cogitare aliquid à no-  
bis quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex  
**Deute. 5.** Deo est. Item Deute. 5. Quis det eos talēm ha-  
bere mentē, ut timeant me & custodiant manū.  
**Deute. 30.** data mea: Deute. 30. Dicit Moses, Dominus  
**Ezech. 11.** circumcidet cor tuum. Ezech. 11. Afferam  
**Ioan. 6.** cor lapideum. Et Ioan. 6. Nemo potest ad me  
uenire, nisi pater meus traxerit eum.

### Papisticus.

Vt ergo concludis locum de libero arbitrio?

*Euangelicus.*

Aionihil boni agere te posse, si prorsus Dei  
adiutor.

ad iutorium defuerit. Agis quidem illo nō ad-iuuante, libera uolūtate, sed male, ad hoc idonea est uolūtas tua, quæ uocatur libera, ut male agendo sit damnabilis ancilla. Vbi hic libertas in bonū? Christus tibi respondet Ioan. 15. *Ioan. 15.*  
Sine me nihil potestis facere. Deus est, qui operatur in nobis & uelle & perficere, Philip. 2. *Philip. 2.*

## De Pœnitentia.

Papisticus.

Concluis ergo spiritum Dei in nobis *Tertius* pœnitentiam operari? *locus.*

Euangelicus.

Ita sane, Pœnitentia enim uera est, cum spiritum gratiæ transfundit Deus in animam peccatoris, qui per uerbum Dei, repressis pri-mum peccati affectibus terretur, affligitur, cruciatur, anxius fit pro peccato suo, adeò ut sicut spiritum iustificantem.

Papisticus.

Quid autem sentiunt de pœnitentia quam caro suggerit?

Euangelicus.

Ea est poenitentia impiorum, qui tantum  
respiciunt in damnum quod paciuntur sive  
**Heb. 12.** opprobriū, ut Saul, Pharao & Esau. Heb. 12,  
aut in angustia animi, et terrorem iudicij Dei,  
ut Iudas, his querunt poenitendo, non Deum.  
**Papisticus.**

Habes ne huius exemplarē

### **Euangelicus.**

Habes egregium Exemplum de Antiocho,  
**1. Mach. 1.** Mach. 9. Et Cayn dixit ad Dominū, maior  
bæo 9. est iniquitas mea, quam ut ueniam merear,  
**Gen. 4.** Gen. 4. Et Pharao dixit ad Mosen & Aaron:  
Peccavi etiam nunc, Dominus iustus, &  
**Exod. 9.** et populus meus impij. Exod. 9. Dixit Saul ad  
Samuelem: Quia præuaricatus sum sermo-  
**1. Reg. 15.** nem Domini, 1. Reg. 15.

### **Papisticus.**

Attamen poenitentiam scriptura nostris ui-  
**Ezech. 18.** ribus uidetur attribuere. Ezech. 18. Si impius,  
**Hiere. 18.** egerit poenitentiam &c. Hiere. 18. Si poeni-  
**Matth. 3.** tentiam egerit gens illa à malo. Matth. 3. Resi-  
**Lucæ. 3.** pscite. Lucæ 3. Facite fructus &c.

### **Euangelicus.**

Scriptura uidetur poenitentiam ueram no-  
stris uiribus attribuere, cū solius Dei sp̄ritus  
sit

fit opus. Verum quia scriptura hominibus  
scripta est, qui corda iudicare non possunt, ideo  
a fructibus nobis sepe arborem depingit. Poenitentia uera, fundamentum habet in corde,  
quod homo iudicare nescit, nisi externi fructus iudicent, quare plerumque scriptura nobis  
adscribit, quae sunt solius Dei.

### Papisticus.

Dic ergo quid certi doceant uestri concionatores de poenitentia?

### Euangelicus.

In hominibus esse oportere seriam poenitentiam & pauorem a Dei propter peccata, & addunt consolationem conscientiae per promissiones Christi, in fide uerè nobis remitti peccata per gratiam absq[ue] proprijs meritis propter Christum, & cōsolatione per hanc fidem collata, accipere nos Spiritum sanctum.

### Papisticus.

Quid quæso tum porro docent?

### Euangelicus.

Quæ sit uera & firma conscientiarum consolatio per Euangeliū & absolutionē, qua nobis hoc subiicitur, quod Euangeliū uerè annunciat remissionem peccatorū, & quod haec

annuntiatio non modo vulgo ac passim prædicari debeat, sed singulos hanc Euangeliū uocem admittere, & amplecti oportere & teneri ad credendū, quod Euangeliū sibi offerat atq; conferat remissionē gratuitam peccatorum.

### Papisticus.

Docent ne etiam, quid hoc nomine poenitentiæ spiritus Dei intelligi uelit?

### Euangelicus.

Ita sane, Dum iubet innouari corda, circumcidisti domino, auferri præputiū, lauari, cessare à malis studijs, soluere fasciculum iniuitatis intus ligatus, scindere corda, & non uestimenta, exuere ueterem hominem, renunciare propria desideria & renouari in imaginem Dei.  
Esaï. 1.5 8. Iohel. 2. Rom. 6. Colos. 3. Ephe. 4.

### Papisticus.

Etiam ne fructus poenitentiæ recensent?

### Euangelicus.

Docent sequi debere poenitentiā & cōuersiōnem fidei, inchoatā obedientiam mandatorū & legis diuinæ, Eaq; esse bona opera fidelium, quibus Deus retribuat uaria dona & munera & beneficia, secundum id quod scriptum est:  
Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad uos.

### Papisticus.

## Papisticus.

Sequitur inde pœnitentiam quotidianam esse debere et Christiano semper necessarium:

## Euangelicus.

Recte dicas, Saluator enim iubet nos semper orare, & nunquam deficere. Et Apostolus sine intermissione, orate inquit. 1. Tessa. 5. Et, Si quis uult uenire post me, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam quotidianie & se quatur me, Lucæ 9.

## Papisticus.

Ergo quia semper peccamus, semper pœnitere & resipiscere debemus:

## Euangelicus.

Ne semel putemus ardorem fidei posse sufficere, semper crux portanda est, ut semper Christum amare doceamur. Ita Apostolus portabat iugiter carnis mortificationē in corpore suo, quod qui facit omni tempore, semper pœnitet,

# De Confessione.

## Papisticus.

**Ecquid**

4. Locus 26  
de confes. **E**quid uestri docent, de confessione ad  
aurem sacerdotis facienda?

fione. Euangelicus.

Non exigunt enumerationē peccatorū in  
secreta confessione corā sacerdote, sed appro-  
bant ex decreto, Omnis utriusq; sexus, Ante  
Innocentium tertium nullā confitendi neces-  
sitatem impositam fuisse Christiano populo.

Papisticus.

Attamen necessario ad poenitentiam requi-  
ritur uocalis confessio:

Euangelicus.

Vestri ita onerant cōscientias mandato con-  
fessionis, & illaqueis implicant enumerationis  
**Chrysost. mns.** peccatorum, Sed de hac re audi Chrysosto-  
mum: Non dico, inquit, ut conseruo tuo con-  
fitearis, dicio Domino. Home. 2. in Psal. 50,  
Serm. De poenit. & confess. Item, Non est ne-  
cessere coram testibus confiteri. Cogitatione  
fiat delictorum exquisitio, sine teste sit hoc iu-  
diciū, solus Deus te confitentem uideat. Item,  
Non te uoco in hominum theatrum, ostende  
optimo medico tua uulnera, qui ea curet.

Papisticus.

At nostri docent confitendi morem esse ue-  
cūtissimum?

Euan-

## **Euangelicus.**

Nec nostri hoc negant, sed dicunt fuisse librum, sicut Sozomenus refert in hystoria Ecclesiastica lib. 9. qui etiam abolitum fuisse saconfessio Constantiopolis testis est, quod sub hoc praetextu matrona quaedam deprehensa fuisse abrogatum cum diacono rem habere.

Exemplum cuius causa auricula auriculare iuris esse diuini. Dedit enim Christus discipulis usum & potestatem gladiis. Quodcumque ligaueritis super terram.

## **Papisticus.**

Insuper nostri etiam docent, confessionem auricularē iuris esse diuini. Dedit enim Christus discipulis usum & potestatem gladiis. Quodcumque ligaueritis super terram.

## **Euangelicus.**

Sane quidem, Sed quae de ligandi & soluendi potestate Apostolis data in Euangelicis scriptis habentur, talia sunt quae Apostoli Euangelium prædicando exequuti sunt. Qui enim Euangelio, per ministrum Christi prædicto credunt, & cum prioris uitæ pœnitentia, fide remissionē peccatorum accipiunt, certe à peccatis absoluuntur, qui non credunt, ligantur.

## **Papisticus.**

Vt autem Apostoli hac potestate usi sunt  
**Euangelicus.**

Delinquentes publice, ē grege domini exclusi.

**Cor. 5.** cluserunt, pœnitentes receperunt. **1. Cor. 5.**  
**Papisticus.**

Sed est aliud, quod dicunt nostri, Confessio  
niem auricularem esse de iure diuino. Dicit  
enim Iacobus, Confitemini alterutrum pecca-  
ta uestra, quid quæso hic respondebis?

### **Euangelicus.**

Detorquent quidem hunc locum ad auricu-  
larem confessionem pontificij, Sed uult  
Apostolus, ut infirmus erga eos, quos læsit  
ignorantiam suam & erratum ingenue fateat-  
ur ac ueniam petat.

### **Papisticus.**

Attame nostri doctores hac Apostoli sententia  
certo confirming confessionem auricularem:

### **Euangelicus.**

**Explica.** Sed errant longe latetq. Hæc enim sententia  
tio senten. ad mutuam fratrum reconciliationem pertinet,  
tie Iacobi nec legem statuit. Nam Christus ante Iaco-  
de confes. bum hoc genus reconciliandi præcepit. Ita  
fione. etiam sequentia Iacobi uerba indicant, & ora-  
te alius pro alio ut saluemini. Habet ergo hæc  
Iacobi sententia adhortationem ad resarcien-  
dam fraternam charitatem, legem autem de  
confessione auriculari, quæ iubet laicum  
confiteri

confiteri secreta delicta sacerdoti, non habet.

### Papisticus.

Assentior tuæ interpretationi, alioquin iuberetur eadem lege & sacerdos uicissim confiteri laico omnia sua, ut ut occulta facinorat.

### Euangelicus.

Recte dicas, idem etiam Scotus sentit. Hæc <sup>Scotus.</sup> autem sententia persuasio est ad humilitatem, ut scilicet generaliter nos confiteamur apud proximos esse peccatores, iuxta illud. 1. Ioā. 1. 1. Ioān. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus.

### Papisticus.

Etiam S. Ioannes 1. cap. 1. dicit. Si confiteamur, Nonne hic confessionem exigit?

### Euangelicus.

Hæc confessio est, quam tradit scriptura sacra, quæ iuxta uerbum Iacobi inter Christianos esse debet. Hæc item absolutio, qua creditur Euangeliu, meritoq; Christi innititur, non illa uana, ficta, & præpostera manuum impositionis papistica.

### Papisticus.

Ergo ut audio ex te, doctores tui confessionem plane abrogant?

Euans

## **Euangelicus.**

Non omnino, sed docent illū confiteri debere, qui uel à Deo uel homine ob delicta sua cōmissa accusatur. Vt rūm̄q; enim peccando offendimus oēs, qui ad defendendum, se nihili singit aut obīgit, nec contendere conatur, sed cedit, illiq; sese submittit ac dedit, ueniā petēs.

## **Papisticus.**

Sed noster Gardianus nuperrime in suggeſto dixit, Lutheranos omnem confessionem prorsus reijcere.

## **Euangelicus.**

Non est uerum, sed solummodo illam reijciunt, quæ primū necessario imponitur, Deinde omnium peccatorū recensionem quotannis extorquet, Tertio ad hoc instituitur & exercetur, ut illius uirtute peccatorum remissio impetretur, & in qua pro commissis ad arbitrium sacerdotis certa satisfactio iniungitur.

## **Papisticus.**

Dixit etiam D. noster Gardianus uestros concionatores negare accedēdos esse sacerdotes, inde ministerium Ecclesiæ contemnitur.

## **Euangelicus.**

Non negant, sed docent, ut qui ad prædicationem

31

tionem resipiscentiæ & regni cœlorum cordibus compuneti, de emendandæ uitæ ratione consiliū petituri ministerū gratiæ Christi accedant, illiq; aperiant, si qua in re perturbata cōscientia intricati hæreant, aut si quid tentationis sentiant, ut ex uerbo Domini antidota, uel in rebus tristibus consolationem petant.

### Papisticus.

At prodebet retinere confessionem auricularem propter iuuentutem, quæ hac libertate corrumpi possit:

### Euangelicus.

Minime, Est enim alia ratio ineunda de instituenda iuuentute fidelium: Ibi sane locū habet coactio, ut parentes, & si qui alijs potestatem hanc habent, adolescentiores etiā inuitos ministris Ecclesiæ fstant, ut de fide & oratione Christianorū, deq; præceptis decalogi, & gratiæ Christi Sacramentis interrogati respondeant, respondentes instruantur, et si qua in re culpabiles fuerint, ad iudicia maiorum corriganter, & ad studium pietatis incitentur.

### Papisticus.

Quando autem potissimum fieri debet, age dic quæsos?

C

Euane

## Euangelicus.

Quando celebranda est sacrosancta dominicae mensae communio, ut ad hanc, in qua infra matrimonij statum sunt, nisi exploratio admittantur.

## Papisticus.

Sed nostri longe aliter docent, nempe dicunt, Vade confite te sacerdoti, & tum ueniens, accede ad communionem Ecclesiasticam.

## Euangelicus.

Verum est, mittunt ad sacerdotem Romanorum pontifices, cui fiat delictorum confessio, & huic absoluendi potestatem tradunt, neglecta fraterna reconciliatione. Sed Christus dixit, Matth. 5. Vade, ut prius reconcilieris fratri tuo, & tum ueniens offer munus tuum.

## Papisticus.

Quid inde colligis?

## Euangelicus.

Christus mittit eum, qui deliquit ad fratrem offensum reconciliandi gratia, & reconciliatione fraterna restituta, aditum ad gratiam Dei aliqui occlusum, referatum esse significat. Q. D. Vbi reconciliatus fueras fratri tuo, ut ille iam contra te nihil habeat amplius, de quo merito possit

33

possit conqueri, tum demum gratum erit, &  
acceptum munus tuum in conspectu Dei.

**Papisticus.**

At porro docent quosdam Ioanni confessos fuisse, dicit enim Euangelista Matth. 3. Matth. 3.  
Confitentes peccata sua.

**Euangelicus.**

Videntur quidem sibi tui concionatores hic locū habere stabiliendae confessionis auricularis, uerum si recte expendas, nihil hinc colligi potest, quod ad illorum probationem facit.

**Papisticus.**

Audiam de hac sententia tuām expositionē.

**Euangelicus.**

Incertum est, cui sint confessi peccata sua, Deo ne apud seipso tacite, sicut publicanus ille Euangelicus, uel Ioanni.

**Papisticus.**

Sed quomodo cognouit hoc Euangelista ut dicat eos confessos esse peccata, si illa penes seipso in cordibus suis Deo tantū confessi sunt?

**Euangelicus.**

Hoc ipso quod cordibus compuncti quid faciendū esset interrogabat, satis manifeste confitebantur, quod peccatores essent, & ad se

**LUCÆ. 3.** 34 prædicatio & baptismus pertinerent, LUCAE 3.  
**Papisticus.**

**Quid si Ioanni confessi sint?**  
**Euangelicus.**

Fieri potuit, ut ad prædicationem Ioannis,  
qua resipiscientiam & Baptismum resipiscen-  
tiæ prædicabat, cordibus compuncti agnoue-  
rint se peccatores esse, propositumq; resipiscē-  
di mente conceperint, atq; ita baptismum resi-  
piscientiæ suadenti annuerint, percontatiq;  
sint à Ioanne, quid faciendum suadeat.

**Papisticus.**

Attamen nostri doctores huius loci prædi-  
cio papisticam sive auricularem & priuatam  
confessionem fulcire atq; defendere solent.

**Euangelicus.**

Sed falso, & contra uerum & genuinum  
sensum Apostoli. Sicut est consimilis locus in  
Actis cap. 19. Confitentes & annunciantes fa-  
cta sua.

**Papisticus.**

Est tamen confessio peccatorum aliqua,  
necessaria peccatori.

**Euangelicus.**

Verum est, & admodum salutaris, modo  
rite

rite instituatur. Nostri autem docent satis esse si ipsi Deo cordium & secretorum omnium cognitori, uel ore uel factis submissae confiteamur peccata nostra, dummodo id fiat ex animo & corde contrito & fidelis, & ipse fidelis est & iustus ut ea nobis remittat. Hic enim sanat omnes contritiones nostras, tametsi confessio rem poenitentiarium nunquam salutemus, nunquam ab eo absolutionem petamus.

### Papisticus.

Quis autem te absoluere

### Euangelicus.

Solus Deus absoluit à peccatis, & absolutio nem nobis per uerbum ueritatis annunciat, ac ita distincte & significanter prædicatione annunciat, ac Sacramentis ad unum quemuis nostrum peculiariter pertinere testificatur, ut nullo opus sit p̄ijs & religiosis Dei cultoribus, qui priuatim in aurem nobis absolutionis formulam conceptam immurmuret.

### Papisticus.

Habes ne huius confessionis sacræ scripturæ testimonium?

### Euangelicus.

Habeo, Publicanus ita peccata sua Deo con-

C 3 fessus

**Lucæ 18.** Iesus est. **Lucæ 18.** Deus esto propitius mihi  
**Psalm. 32.** peccatori. Et David Psal. 32. Dixi confitebor  
 aduersum me iniustiam meā Domino. Hæc  
 confessio si ex animo sit, per fiduciam diuinæ  
 gratiæ, peccatorū remissionē imperat. David  
 Propheta cōficitur Domino, & cōsequitur re  
 missionem peccatorū suorum. **Lucæ 7.** Pecca-  
 trix nihil loquitur, sed lachrymatur, & humili-  
 lis ad pedes Iesu procūbit, & protinus remis-  
 sionē peccatorū adepta audit: Vade cum pace.

**Lucæ 7.**

### Papisticus.

Quam tum confessionem necessariam esse  
 docent:

### Euangelicus.

**Lucæ 17.** Quæ proximo facienda, in quem peccamus,  
**Matth. 5.** de qua Lucæ 17. Si frater dixerit poenitet me,  
 remitte ei. Et Math. 5. Si offers munus tuū ad  
 altare. Et Iacobus: Cōfitemini alter alteri pec-  
 cata uestra, & orate alij pro alio, ut saluemint.

### Papisticus.

Etiā ne eam confessionem reprobant,  
 quæ olim fuit in usu Ecclesiæ, publicam scili-  
 cet illam, cuius meminit Eusebius.

### Euangelicus.

Non, sed de hac nihil iā supereft in Ecclesia.  
 Hæc

Hæc aut̄ erat publicor̄ criminū, ad hoc insti-  
tuta, ut satis fieret Ecclesiæ & tolleretur offen- Matth. 18.  
dicula, de hac est locus Math. 18. & 1. Cor. 5. 1. Cor. 5.

### Papisticus.

Sed hęc iā ante multos annos desit esse in usu:

### Euangelicus.

Ergo in locū substituta est secreta confessio,  
quę seorsum fieret presbytero ad hoc deputa-  
to, Subsecuta est tandem lex, cogens etiā sub  
excōmunicatione quemuis Christianum, non  
solum publica, sed occulta etiā, et soli Deo co-  
gnita, nec enormia tantū, sed simpliciter quę-  
uis peccata certo anno tempore confiteri.

### Papisticus.

Alium tibi locum ex Euangeliō Matth. 8. Matth. 9.  
proponam, quo stabiliunt nostri cōfessionem  
auricularem, nempe, Abi & ostende te sacer-  
doti dixit Christus ad leprosum.

### Euangelicus.

Mirū est, qua audacia ausint huius loci præ-  
fidio docere confessionem illam auricularem  
suam, diuina lege esse præceptū, cum hic nulla  
feratur lex, de confessione peccator̄ Ecclesi-  
stica, sed politica modo ordinatio de inspicien-  
dis leprosis stabilitur, iuxta legem Leuit. 14. Leuit. 14.

## Papisticus.

**Cur ergo Christus leprosum mittit ad sacerdotes?**

## Euangelicus.

**Explicatio loci  
Matth. 8.**

Ne quid peccet in leges politicas, ac ita alij quoq; occasionem præbeat, res ac bonas leges pro sua libidine turbandi, deinde quia in lege habebatur, ut qui mundati essent, probaretur & agnosceretur à sacerdotibus ritu legis, probatiq; offerrent pro emendatione sui, quæ lex præcipiebat. Sacerdotes ergo nō mundabant, sed mundatū approbabant. Itaq; Christus uo luit, ut leprosus abiret ad sacerdotes, secq; ostenderet. i. probatū daret, esse ne uere mundatus an secus. Ut dum illorum iudicio approbatus obtulisset, testimonium contra se haberent sacerdotes impie se facere, qui Christo reluctarent.

## Papisticus.

**Acta. 19.** Est alius locus in Actis cap. 19. Quo nostri auricularē & priuatā confessionem fulcire atq; defensam uolunt. Multiq; credentiū uenientes confitentes & annunciantes actus suos.

## Euangelicus.

Scriptura loquitur de illis, qui ad Pauli prædicationem conuertebātur ad Christum, & in cordibus

cordibus compungebantur. Hoc autem genus confessionis, perinde habebat, ac si istis temporibus quispiam ad Euangelij prædicationem corde compunctus ministerio uerbi uitæ suæ conditionē aperiat, & consiliū emendandæ ilius perat, Fieri enim nequit, quin grauiter doleat & libenter fateatur errasse se & peccasse, qui per exhibitā lucē gratiē Dei ueritatē assedit, Imo nō cessat sese dñnare, qui sic resipuit. Iustus enim primū accusat sese. Pro. 18. Prove. 18.

### Papisticus.

Ergo à tuis concionatoribus in uniuersum confessio auricularis reñicitur:

### Euangelicus.

Additamenta humanarū traditionū à sana doctrina ceu paleæ à tritico separantur. Sana doctrina est, & ius diuinum, Ex ore sacerdotis legē requirere. Malac. 2. Aggei 2. 1. Tímo. 5. Malac. 2. Titū 1. Si ergo quis scrupulus oboritut, quem Aggei. 2. iustius quam sacerdotē, uel pastorem animæ 1. Timo. 5. consuluerimus: & cum pusillanimes sumus, & Titū 1. tentationib⁹ urgēmur, neutiquam negligi debet remedium à Domino propositum.

### Papisticus.

At nostri de confessione ita docent, qui ad annos discretionis peruererit, ad minimum

semel in anno tenetur cōfiteri oīa peccata sua,  
manifesta & occulta , cū singulis circumstan-  
tīs, proprio sacerdoti, aut nō erit Christianus.

### **Euangelicus.**

Sed in scriptura sacra nō audiuntur hēc uoca  
bula, proprius sacerdos, oīa occulta, circūstan-  
tiarū & occultorē recensio in aurē sacerdotis.

### **Papisticus.**

Præterea nostri docent Episcopum habere  
potestatem reseruandi sibi quædam peccata  
ob enormitatem, in quibus simplex sacerdos  
absoluere non potest.

### **Euangelicus.**

Apud D. Paulum idem est presbyter, qui  
Episcopus, neçq; usq; hoc ministroꝝ discriminē-  
in negotio Euangeliū sacræ literæ tradunt.

### **Papisticus.**

Num hoc probare potes ex scriptura sacra?

### **Euangelicus.**

Possum, Christus cum in orbem terrarum  
emissurus esset discipulos, æquali eos potestate  
donat, dicens : Ite in orbem &c. Marci. 16.

*Marc. 16.  
Iodn. 20.*

Ioan. 20. dicit eis, Accipite spiritum sanctum,  
quorum remiseritis peccata, Ibi nullum est di-  
scrimen Episcopi & simplicis sacerdotis.

De

# De Satisfactione.

## Papisticus.

**E**tiam nostri imponunt certorum operum necessitatem confessis & humanae satisfactionis autoritate prescribunt rationem satisfactionis. s. Locutus de di pro peccatis & promerendae liberationis a poenis eternis.

## Euangelicus.

Exitiosus sane & pestilens hic est error maximus falsae doctrinæ de poenitentia, qua Ecclesiastam fidelium seducunt ad confitas & emanatis traditiones satisfactionum,

## Papisticus.

Est autem ut dico, docent quidem quod oporteat satisfacere Deo, alias nihil esset, quod dicitur de operibus supererogationis, de remissione culpæ & retentione culpæ.

## Euangelicus.

Quod ad satisfactiones pertinet scriptura haec laudem Christi in solidū vindicat, quod sit expiatio pro peccatis, quod correctio pacis nostræ sit super eum, quod per solum eius nomen obtainenda sit peccatorum remissio.

Quantum

Quantum ad nos gratuitē & sine operibus  
impleri testatur Paulus in nobis hanc beatitu-  
dinem, quod nobis non imputentur peccata.

**Papisticus.**

Damnant ne omnes satisfactiones:  
**Euangelicus.**

Non, Sicut enim contritionem, peccatorum  
agnitionem, & confessionem, fidem, ita etiam  
satisfactionem, gratiarum actionem esse ad  
agendam poenitentiam, requirendam docet:

**Papisticus.**

Nihilominus satisfactiones olim fuerunt  
impositae, sicut ex ueteribus autoribus Eccles-  
iaisticis probare possumus:

**Euangelicus.**

Satisfactiones, quas in poenitentiæ testimo-  
nium Ecclesia a peccatoribus exigit, non im-  
probant, sed docent satisfactiones huiusmodi  
etiam grauissimas, non satisfacere pro pecca-  
tis. Nullum enim humanum opus satisfacie  
pro peccatis, una est satisfactio nostra, uideli-  
cet Iesu Christi passio, culus participes reddi-  
mur, si credimus in Christum. Age mihi nunc  
dicho, quid tui de poenitentia doceant:

**Papisticus.**

**Docent**

Docent hominem posse suapte ui poenitentia  
tiati incipere, ut initium poenitentiae sit in no  
bis, quod attritionem uocat.

### **Euangelicus.**

Aberrant sane tota uia. Nam poenitentia  
iuxta ueterem doctrinam est donum Dei,  
quam gratia iustificans operatur, non uis eli  
citiva liberi arbitrij.

### **Papisticus.**

Vbi hoc in scriptura sacra scriptū probabis? **Probatio**  
**Euangelicus.** *ex scriptis*

Dicam tibi Zach. 10. Conuertam eos, quia <sup>74.</sup> miserebor illorū. Thre. 5. Conuertere nos Do= Zach. 10.  
mine ad te, & conuertemur. Ioan. 15. Sine me Thren. 5.  
nihil potestis facere. Philip. 2. Deus operatur Joan. 15.  
uelle, 2. Cor. 3. Cogitatio bona ex Deo est. Philip. 2.  
Rom. 11. Si ex operibus, iam non est gratia. 2. Cor. 3.  
2. Tim. 3. Si quādo det illis Deus poenitentiā. Roma. 1. 2. Timo. 3.

### **Papisticus.**

Quid nunc ex his scripturæ locis colligisti?

### **Euangelicus.**

Ante gratiam nec cogitationem, nec uolun  
tatem bonā esse, nec ullum bonū opus, sed tan  
tū peccatum. Quia qualis arbor, talis fructus,  
persona est peccatrix & caro, quid igitur  
aliud

**44**

aliud quam carnalia saperet, uellet, operaret,  
**Papisticus.**

Tum porro nostri Theologi docent, post  
peccatum mortale admissum, necessarium esse  
poenitentiarn, quae in contritione & confes-  
sione sacramentali uocaliter sacerdoti facien-  
da similiter & satisfactione consistit.

**Euangelicus.**

De confessione & contritione diximus, age  
dic porro quid de satisfactione doceant?

**Papisticus.**

Docent de satisfactione, pro praeteritis pec-  
caris, quædam consentienti satisfactio iuxta pec-  
catorum quantitatem & qualitatē iniungen-  
dam esse, ut satisfaciat iusticæ diuinæ.

**Euangelicus.**

Est doctrina falsa, qua obliteratur gratia re-  
demptionis Christi, & magnificantur opera  
hominum, in iniuriam passionis dominicæ  
grauiissimam!

**Papisticus.**

Cur ita, age dic mihi?

**Euangelicus.**

Quia Deus & semper & gratis peccata re-  
mittit atq; cōdonat, nihil à nobis inuicē requi-  
rens,

rens, quam ut in posterum bene usuamur. Dixit enim Propheta, Psal. 55. Pro nihilo saluos Psalm. 55. facies illos, Gratias iustificamur secundum Paulum. Rom. 3. Bonorum nostrorum non eget Roma. 3. Dominus, Psalm. 15. Et si omnia fecerimus, Psalm. 15. serui inutiles sumus. Lucæ 17.      *Lucæ. 17.*

### Papisticus.

Ergo non satisfacimus pro peccatis, nostris operibus aut passionibus.

### Euangelicus.

Minime, Aliás Christus frustra mortuus esset Gala. 2. Ipse attritus est propter sceleram nostram. Galat. 2. Esai. 53. Pater posuit in eum iniquitatem omnium nostrorum. Ipse pertulit peccata nostra in corpore suo super lignum. 1. Pet. 2. Ipse est iustitia nostra & redemptio. 1. Cor. 1. Amanam suam posuit pro omnibus, Ioan. 10. Mor. 10. te eius reconciliati sumus patri. Roma. 5. Ipse Roma. 5. Chirographum, quod erat contrarium nobis per decreta sustulit ē medio suffixum cruci, Ephe. 1. Ephe. 1. Colof. 1. & 2. Sanguis eius emundat Coloff. 1. nos ab omni peccato. 1. Ioan. 1.      *1. Ioan. 1.*

### Papisticus.

Vincor sanē hisce testimonij, pudebit me lumen & cinerem posthac illius uocis satisfactio pro peccatis, Cōfitebor iam solā Christi mora

tem pro peccatis totius mundi plenissimā esse satisfactionē, non nostras mēstruatas iusticias. Sed quam tandem satisfactionem docent?

### Euangelicus.

Illam unam esse satisfactionem poenitentiae, peccatorū causas excidere, & de cetero eis adiutum non indulgere. Hæc una est satisfactio,

*Ioan. 8.*

*Luce. 7.*

quam & Christus Ioan. 8. exegit, & Lucæ 7. ut scilicet amplius non peccemus, dicens adulteræ: Vade & amplius noli peccare, crucem carnis mortificandæ ei imponens, idem senserunt Augustinus & Hieronymus.

### Papisticus.

*Hiero.* Vbi nam diuus Hieronymus de hac memorat satisfactione?

*August.*

### Euangelicus.

*Matt. 16.* Matth. 16 Hæc inquit est satisfactio Euangelica, expollatio ueteris hominis & mortificatio membrorum, quæ sunt super terram, ad hanc diuus Paulus nos creberrime hortatur.

*Coloff. 3.* Coloff. 3. Mortificate, inquiens, membra uestra

*Roma. 8.* quæ sunt super terram. Et Rom. 8. Spíritu facta carnis mortificate.

*Ephe. 4.* Ephe. 4. Renouamini in nouitate spíritus uestri.

*Gala. 5.* Gala. 5. Curam carnis non faciatis in desiderijs.

*Roma. 13.* Rom. 13. Crucifigentes carnem cum uicijs et concupiscentijs.

Papisti

## Papisticus.

Sed nostri docent, Soluenda esse Deo debita nostra, & omnino iusticie illius satisfacendum per nos:

## Euangelicus.

Sed errant & seducunt plebē. Nos enim soluendo non sumus, ideo Christus docet nos ad thronū gratiae configere & delictorū condonationē spiritu contrito & humiliato à cœlesti ac benignissimo patre petere. Si satisfactio requiritur, non est petenda peccatorū remissio. Si per remissionē peccatorum Deo patri recōciliāmūr, iam nō est amplius exigenda satisfactio, & ut ad Heb. 10. legimus, ubi remissio *Hebre. 10.* est, ibi non est amplius oblatio pro peccatis.

## Papisticus.

Num etiam docent pœnam & culpam simul finiri?

## Euangelicus.

Recte quidem illi docent. Docemur enim à Christo, ut debitorum remissionem petamus: Remitte nobis debita nostra. Quid quæso aliud promittitur, quā omnimodā remissionē tam pœnæ quam culpæ paratā esse corā Deo fideliscentibus, & remissionem orantibus?

D Papisticus.

## Papisticus.

Vnde autem hæc ita esse certa, comprobant<sup>r</sup>

## Euangelicus.

**Esaie. 43.** Peccatorum uestrorū, inquit, non recordabor amplius, & ca. 1. Erunt sicut lana alba. **Lucæ 7.** Fides tua saluam te fecit, uade in pace. Item **Lucæ 5.** de filio prodigo. **Heb. 10.** Peccatorum eorum nō recordabor amplius.

## Papisticus.

Si remisso peccato, remittitur & poena, cur domus Dauidis post remissum peccatum diuinitus est punita?

## Euangelicus.

Dauidi peccatū quidem remissum fuit, & simul debita peccati poena condonata, castigatio uero & disciplina nō item. Castigatio aut illa nō ideo infertur, quod per hanc sibi Deus satisficeri uelit (diuinæ namque iusticiæ satisfacere nemo poterit ne pro uno quidē peccato) sed ut erudiat nos, et in posterū cœtos reddat.

## De Fide.

## Euangelicus.

Tui

**T**Vi concionatores quid quæso docent *Sextus lōa de fide iustificante?*

*cus de fidē*

**Papisticus.**

Docent peccatorem non sola fide iustifica-  
ri, sed & bonis operibus, quæ adeo necessaria  
esse docent, ut sine illis nemo adultus uitam  
consequatur æternam.

**Euangelicus.**

Vt autem illud probant, quibus obsecro  
argumentis?

**Papisticus.**

Dicunt iusticiam esse qualitatem, Ideo multum  
esse iustum extra se, sed propter qualita-  
tem operum. Item dicunt, perfectam obedien-  
tiam esse legis iusticiam. Ergo partialem obe-  
dientiam esse portionem iusticiæ.

**Euangelicus.**

At nostri docent unū duntaxat iustificatore  
& saluatorē esse, nempe Christum, per quem  
iustificamur, gratis, per ipsius gratiā, Rom. 3. *Roma. 3.*

**Papisticus.**

Ergo opera non iustificant?

**Euangelicus.**

Non, Sed fides in Christū, at non illa quam  
ipsi uocant informem, sed uera illa & uiva fi-

<sup>50</sup>  
ducia in misericordiam Dei, per Christum  
promissam & exhibitam, quæ per charitatem  
**Galat. 5.** operatur, Galat. 5.

### Papisticus.

Ideo uestra doctrina, ut audio, tollit opera.  
**Euangelicus.**

Minime, sed opera suo loco reponit, ut fidei  
testimonia sint, subigant carnem, seruantq;  
proximo. At non ut iustificant, cum sola fides  
ex mera Dei misericordia per Christum in  
uerbo eius hominem iustificet.

### Papisticus.

Audiui quidem tuorum concionatorū sen-  
tentia de fide iustificante, sed cupio ex te huius  
audire probationem ex scriptura sacrae

### Euangelicus.

Audi quæso, & audies mirabilia sacræ scrip-  
turæ, de hac re testimonia.

- Gene. 15.** Credidit Abraham Deo & impu-  
**Roma. 3.** titū est ei ad iusticiam. Rom. 3. & 4. Si Abra-  
**¶ 4.** ham ex operibus iustificatus fuit, habet quod  
**Roma. 3.** glorietur, at nō apud Deum. Rom. 3. Arbitra-  
mūr iustificari hominem absq; operibus legis.  
**Roma. 4.** Ro. 4. Si ex lege hæreditas, exinanita est fides  
& abolita promissio. Ideo ex fide datur, ut se-  
cundum

cundum gratiā firma sit promissio. Ro. 11. Si Rom. 11.  
per gratiā, iam nō ex operibus. Eph. 2. Gratia Eph. 2.  
estis saluati, nō ex operibus, ne quis glorietur.

### Papisticus.

Ego sane ante hac nō ita clare huiusmodi sen-  
tentias intellexi, sed age quid inde concludis?

### Euangelicus.

Vides hic, ut scriptura doceat, Deum iustifi-  
care homines, remittendo illis peccata, sicut  
clarē testatur D. Paulus ad Rom. 3. Quemad-  
modum Dauid beatitudinem hominī defi-  
nit, cui Deus imputat iusticiam, absq; operi-  
bus legis: Beati quorum remissæ sunt iniqui-  
tates. Item ad Corinthios 1. cap. 5. Erat Deus 2. Cor. 5.  
in Christo, mundum reconcilians sibi, non im-  
putans hominibus peccata.

### Papisticus.

Sed nostri de lege ceremoniali has senten-  
tias omnes intelligunt, quæ de lege dicuntur:

### Euangelicus.

Fruolum est, quia ubiq; hominis iusticiam,  
fidei iusticiæ opponit Paulus. Sicut ad Ro. 10. Rom. 10.  
Volentes propriā iusticiam statuere, iusticiæ  
dei nō sunt subiecti. Deinde subnectit rationē,  
Quia lex dicit, Qui fecerit hæc, uiuet in ipsis.

D 3 Papisti-

## Papisticus:

Habes alia sacræ scripturæ testimonia:  
Euangelicus.

- Gala. 3.** Habeo quidem. Sic enim Paulus ad Gala. 3.  
hucusus argumento ait: Iustus ex fide uiuet,  
lex autem non est ex fide, sed qui fecerit hæc,  
uiuet in ipsis. Christus redemit nos à maledi-  
ctione legis, ut promissio Abrahæ facta im-  
**Philip. 3.** pleretur in nobis per fidem. Item ad Philip. 3.  
Non habens meam iusticiam ex lege, sed eam,  
quæ ex Deo est per fidem Christi.

## Papisticus.

Ex his iam dictis diui Pauli sententijs, quid-  
nam statuunt & colligunt: age dic mihi quæfor;

## Euangelicus.

- August.** Constituunt cū Augustino, non secundum  
**In Psal. 88.** merita nostra, sed secundum Dei misericordia-  
**tratt. . .** am firmam esse promissionem salutis. Et cum  
**Bernhar.** Bernhardo, meritum omne nostrum, esse mi-  
**Basilius** serationes domini, & clare dicunt cum Basilio  
**Magnus.** Magno, Hanc esse perfectam & integrā glo-  
riationem in Deo, quando propriæ iusticiæ  
inopes nos agnoscimus, sola autem fide in  
Christum iustificari &c.

## Papisticus.

Ac

At nostri docent duplicem esse iusticiam ad salutem necessariam, scilicet fidei & operum, quarum altera absq; altera, nisi desit facultas, non saluat, Quid tu ad hæc respondes?

### Euangelicus.

Sicut iustificamur coram Deo fide, quæ est uera iustificatio, ita coram hominibus, qui uident in facie, iustificamur ex operibus, id est, iusti cognoscimur per fructus honorum operum, opera enim bona, fidei fructus sunt, qui ab illuminatis Christianis requiruntur, qui & oriuntur ex cognitione Christi, quæ fides est certa & indubitata. Saluamur ergo nō operibus, sed secundū misericordiā Dei. Titum 3. per lauacrum regenerationis ac renouationis Spiritus sancti, ne quis glorietur in homine.

### Papisticus.

Conceditis ergo duplicem esse iusticiam:

### Euangelicus.

Nostri Theologi concedunt & docent duas esse iusticias disiunctas & inter se maxime distantes, Actiuam scilicet & passiuam. Actiuam est iusticia legis, & terrena, de terrenis agit. Altera iusticia est cœlestis & passiua, quam non habemus, sed ē cœlo accipimus, non facimus, sed fide apprehendimus.

D 4 Papistici

**Papisticus.**

Facimus ne aliquid ad hanc iusticiam passiuam consequendam:

**Euangelicus.**

Prorsus nihil. Quia haec iusticia est prorsus nihil facere, nihil audire, nihil scire de lege aut de operibus. Sed hoc solum scire & credere, quod Christus transferit ad patrem, & iam non uidetur, quod sedeat in caelis ad dextram patris, non iudex sed factus nobis a Deo sapientia, iusticia, sanctificatio et redemptio, quod sic noster pontifex intercedens pro nobis, & regnans super nos, & in nobis per gratiam.

**Papisticus.**

Ecquod inter has duas iusticias discrimen esse docent?

**Euangelicus.**

Secundum presentem uitam & eius iusticiam legaliter sumus peccatores, ut filii Adae, ubi accusat nos lex, regnat mors & tandem deuorabit. Sed super hanc uitam, habeo aliam iusticiam, aliam uitam, que est Christus, filius Dei, qui nescit peccatum & mortem, sed est iustitia & uita æterna.

**Papisticus.**

Sequitur inde per uestram doctrinam prohiberi bona opera:

Euan-

## **Euangelicus.**

Non, sed honor operū author, fides forma-  
ta docetur, & gratiē tribuitur, quod ei debet.

## **Papisticus.**

Declara exēmple hoc ita esse ut dixit:

## **Euangelicus.**

Faciam, Persona iustificata, iuste operatur,  
nec tamē operum iusticiā ad salutē necessari-  
am iactat, ne propriā iusticiā querens con-  
situere iusticiam Dei, hoc est, fidem amittat.  
Rom. 10. Et fatetur, id quod res est, operū suo Roma. 10.  
rum iusticiam menstruatæ panno persimilem  
cum Esaiā cap. 64. sēq; seruum inutilem. Esai. 64.

## **Papisticus.**

Quae igitur una ad ueram iusticiam perue-  
niendī ratio est?

## **Euangelicus.**

Nempe, ubi sedulo quidem operaris, in om-  
nibus tamen operibus peccatorē te humiliter  
cōfessus, ad solā mediatoris gratiā confugeris,  
prēciūmq; redēptionis nostrę magnifeceris.  
Nam si iusticia operum nostrorum aliquid  
est, salutem nostram mors Christi ex integrō  
non operata esset, quod est blasphemum.

## **Papisticus.**

D 5 Ergo

Ergo solus Christus est iustitia nostra?  
Euangelicus.

Recte quidem & piè dicis, Nam is factus est nobis à Deo sapientia, iusticia, satisfactio, redemptio, Quisquis hoc nō dederit nobis, non est Christianus, qui quis autem fatebitur nobiscum, apud eum statim cadet alia quæcumq[ue] iusticia humana, Galat. 2. Si ex operibus & nostro arbitrio iustificamur, ergo gratis Christus mortuus est.

Galat. 2.

### Papisticus.

Habes ne huius iusticie, quæ Christus est testimonium?

### Euangelicus.

**Deute. 9.** Habeo, Deute. 9. Neq[ue] propter iusticias tuas & equitatē cordis tui, Gene. 15. In semine tuo benedicentur omnes gentes, Esai. 48. propter nomen meum longe faciam &c. Ezech. 36. Non propter uos ego faciam, sed propter nomen meum. Psal. 5. Domine deduc me in iusticia tua, Esai. 12. Ecce Deus saluator meus. **Danie. 9.** Non in iustificationibus nostris.

Esai. 12.

Danie. 9.

### Papisticus.

Quid tu inde colligis?

### Euangelicus.

Eos

Eos qui suam iusticiam sequuntur, ad ueram iusticiam, ut Iudæi, nō peruenire, Ro. 9. Iusti-<sup>Roma.9.</sup>  
cæ enim Dei subiçti non possunt, Rom. 10. Et Rom.10.  
hæc iusticia Dei tua est, dum per fidem susci-  
pis Christum, non enim pro se mortuus est  
aut pro suis delictis, sed pro te & tuis delictis.  
Igitur quicquid aliud tentaueris ad iusticiam,  
id est, unde iustificeris, ut liber sis à Dei iudi-  
cio, peccatis, morte & inferis, hypocrisis erit,  
mendacium & impietas, quacumq; sanctitatis  
specie fulgeat, pugnabit enim contra Dei gra-  
tiam, & Christi erit abnegatio.

### Papisticus.

Age dic mihi in summa, quid tui prædica-  
tores de fide in Iesum Christum prædicant?

### Euangelicus.

Prædicant merita Christi hoc modo: Deus  
pater misericordia ineffabili motu, misit in  
hunc mundum unigenitum filium suum Ie-  
sum Christum dominum nostrum, qui offer-  
retur pro peccatis nostris, ad delendum pecca-  
tum & mortem æternam.

### Papisticus.

Audio sane hæc omnia libenter, sed obse-  
cro perge, quid tum addunt?

Euange-

## **Euangelicus.**

Quod sit hæc sempiterna & immutabilis voluntas Dei, ut credamus in Deum patrem, & cum quem misit Iesum Christum, per quem & in quo solo uera contingat remissio peccatorum suorum omnibus creditibus, acceptis in gratiam Dei, propter merita non propria, sed aliena domini nostri Iesu Christi, iustificatis fide non operibus suis. Promittitur enim diuinus omnibus creditibus in Christum remissio peccatorum, salus & uita æterna, quæ accipi aliter quam fide non possunt.

## **Papisticus.**

Sed nostri nō modo non prædicant beneficia Dei, nec fidei doctrinā exercent, sed etiā contra fidē introducunt dubitationes de remissione peccatorū, & Christo debitum cultū & honore, ipsi attribuunt operibus, remissionē peccatorum perhibent quoq; suis meritis consequi, & pro illis satisfacere operibus suis posse.

## **Euangelicus.**

Est sanè extrema blasphemia in Christum, et miserarū conscientiarū carnificina atq; crux.

## **Papisticus.**

Restat porro, ut me doceas de qua fide tui cionatores uos doceant:

Euan-

## **Euangelicus.**

De uera ac solida fide, qua gratiam Christi apprehendimus, & quæ nobis iusticiæ, quæ in Christo est, imputatione ac participationem gratuitam adfert. Hac unica in omnibus tentationibus confirmandæ sunt nostræ conscientiæ, propter diuinarum promissionum ueritatem ac certitudinem.

## **Papisticus.**

Cur uos dicitis nos fide saluari in Christo Iesu, cum tamen reuera per gratiam & misericordiam Dei saluemur, Ephe. 2. Per gratiam estis saluati. Et ad Titum 3. Secundum Titum 3. misericordiam suam &c.

## **Euangelicus.**

Verum est, nostri docent fide nos saluari. Nemo autem sine fide bonitatis Dei particeps esse potest. Heb. 11. Et necesse est, ut ipsa Dei gratia, bonitas & misericordia fide apprehendatur in Christo Iesu, fit ut fidei adscribatur salus & iustificatio.

## **Papisticus.**

Qua de causa age dic mihi obsecro?

## **Euangelicus.**

Quia fides habet se correlatiue ad gratiam  
&

& misericordiam Dei, ita ut nulla earum sine altera profit, Ideo D. Paulus ad Ephe. ait, Gra-  
tia enim seruati estis per fidem. Sic Christus  
**Matth. 9.** dixit mulieri. Matth. 9. Fides tua te saluam fe-  
cit. Nō dixit, Virtus mea te saluauit, ut osten-  
deret, hanc esse viam acquirendæ salutis, &  
participandi di uirtute illa sua diuina, ut uide-  
licet sincera fiducia ei adhereamus. Fides ergo  
sola uirtutis Christi est capax.

### Papisticus.

Ergo fides Euangeliū uera, ut ex te audio,  
non tantum historiæ noticiam significat, ut  
apud Iacobum cum inquit, Dæmones crede-  
re, ea fuit semper mea fides?

### Euangelicus.

Ideo meliora & certiora te docentem be-  
nigne fac audias, ne et tu cum dæmonibus per-  
petuo pereas. Fides Euangeliū uera, significat  
eam Euangeliū noticiam, & assensum spiritu  
Christi effectum, quo firma in animo existit  
fiducia diuinæ benevolentiæ, atq; adoptionis,  
qua scilicet confidimus Deum nobis propi-  
tium esse, & hæredes fecisse uitæ æternæ pro-  
pter filium, quæ fides omnem fiduciam pro-  
priæ iusticiæ excludit.

### Papisticus.

Habet

Habet sane uti credo hæc uestra doctrina  
multam utilitatem:

### **Euangelicus.**

Bene dicas, Præsertim pauidis conscientijs,  
quæ sciunt se remissionem peccatorum gratis  
propter Christum consequi fide, non meritò  
operum, deinde cauent hunc honorem media-  
toris Christi transferre in opera humana.

### **Papisticus.**

Sequitur inde promissionem salutis & uitę  
æternę, non pendere ex nostra dignitate.

### **Euangelicus.**

Verum est, Si enim penderet ex nostra dig-  
nitate, maneret conscientia incerta, hærens in  
perpetua dubitatione, fugeret à Deo. Nam  
legi Dei satisfacere omnino non possumus, &  
plurimum peccatorum semper hæret in no-  
bis, & manet ingens infirmitas.

### **Papisticus.**

Sed nostri concionatores docent fidem esse  
opus Dei, dicente Christo Ioan. 6. Quid facie Ioan.  
mus, ut operemur opera Dei? Respōdit Iesus:  
Hoc est opus Dei, ut credatis in eū, quē misit  
ille, inde colligunt fidē inter opera cōputari.

### **Euangelicus.**

**Christus**

Christus Iudeis de operibus quærentibus per opera responderet, & uocat fidem opus, nō quia ex opere operato iustificat, sed quia apprehendit cibum æternum, hoc est ipsum uerbum gratuitam iustificationem promittens in Christo. Dicit ergo, hoc est opus Dei, (non hominis, fides enim est donum Dei) ut credamus in eum, quem pater misit. Quisquis autem in eum crediderit, arbor bona est, & nō poterit suo tempore non ferre fructū bonum, non quem fructū hypocrisis fingit, sed quem spiritus Christi illuc sua sponte producit. Qui enim spiritu Christi aguntur, hi sunt filii Dei, Ro. 8.

Roma. 8.

7. Locus  
de bonis o-  
peribus.

## De bonis ope- ribus.

Papisticus.

Ecquid hæc fides facit?

Euangelicus.

Bona opera gignit & alit.

Papisticus.

Non uicissim fides per opera gignitur & alitur.

Euange-

**Euangelicus.**

Non, Christus non dixit, cum filius hominis uenerit, putas inueniet opera in terra, sed putas inueniet fidem in terra.

**Papisticus.**

Quæ sunt illa opera bona, quæ fides gignit & alit?

**Euangelicus.**

Secundum Euangeliū doctrinam nulla sunt bona opera, nec Deo placentes actiones, nisi quas ipse Deus fieri mandauit.

**Papisticus.**

Cuiusmodi quæso sunt illa?

**Euangelicus.**

Timere Deum, fidere Deo, amare, confiteri, prædicare, inuocare in aduersis, laudare Deum, Gracias agere Deo, eius uerbum proclamando amplificare, diligentiam, fidemq; præstare, tam magistratus quam priuatos in tota uita sua ad laudem Dei, secundum leges & præscriptionem decalogi.

**Papisticus.**

At nostri singunt singularia opera, peculia-remq; cultum sine uerbo Dei introdocunt. Quales sunt sectæ monachorum, discrimina cibo

E r u m,

64

rum, habitus uestrum, prohibicio cōiugij &c.  
Euangelicus.

Sed ita ueritatem Dei infuscant, cum ita  
pernicioſas introducunt ſuperſtitiones, tunc  
etiam, quia haec opera collocant ſupra man-  
data Dei, quaſi honoratiore in loco, perfectio-  
nis nomine illa ornant, plurimq; faciunt mu-  
neare doctrinæ uerbi Dei, matrimonio, admini-  
ſtratione reipub. educatione liberorum,

Papifticus.

Quid autem ex operibus ueſtris bonis re-  
dit ad D eum omnis boni autorem?

Euangelicus.

*Matth. 5.* Hoc indicat ſententia Christi Matth. 5. Sic  
luceat lux uestra corā hominib; ut uideant  
opera uestra bona, & glorifcent patrem ue-  
ſtrum, qui in cœlis eſt. Sic & D. Petrus quoq;  
*1. Pet. 2.* dicit 1. cap. 2. Conuerſationem ueſtram inter  
gentes habentes bonām, ut in eo, quod detre-  
ctant de uobis, tanquam de male factorib;,  
ex bonis operibus uos conſiderantes, glori-  
ficient Deum in die uisitationis.

Papifticus.

Quid nam ex his duabus ſententijs cōcludunt?

Euangelicus.

Finem

**Finem hinc petendum esse honorum ope= Ad Deum.**  
**rum, Nempe quod redeat gloria quædam ad**  
**patrem nostrum coelestem, si fidei nostræ lux**  
**per honorum operum radios mortalium oculi**  
**lis adfulserit. Sed heus tu audis.**

**Papisticus.**

**Quid est quod me uis audire?**

**Euangelicus.**

Hic non dicit Christus, ut honorum operum  
meritis uitam, quæ in cœlis est acquiratis, nec  
dicit, ut per bona opera mereamini, recipi in  
filios Dei. Estis iam filii Dei, ideoq; & hæredes  
estis filii lucis, tantum curetis, ut acceptâ grâ  
tiam bene collocetis ad hoc, ut per honorum  
operum splendorem causam detis ueritatis  
ignaris, glorificandi patrem nostrum, qui in  
cœlis est, qui uos tales ex impijs reddidit.

**Papisticus.**

**Redit ne etiam ex bonis nostris operibus**  
**reliqua utilitas ad nos.**

**Ad nos.**

**Euangelicus.**

Gemina, Prima est, quod electio & uocatio  
nostra certa ex illis redditur cōsciēt̄is nostris,  
dum illorum testimonio gratiam & uirtutem  
Christi in nobis magis atq; magis experimur.

**E 2 Papi-**

**Papisticus.**

Altera utilitas quæ nam est?

**Euangelicus.**

Quod bonis operibus fides nostra alitur,  
prouehitur & corroboratur. Sicut enim ignis  
imposita ligna comburando augescit ac robu-  
stior redditur: Ita certo bonorum operum stu-  
dio Christiani pectoris pietas prouocatur, alia-  
tur, uegetatur & confirmatur.

**Papisticus.**

Nonne etiam aliqua utilitas bonorum ope-  
rum nostrorum ad proximum redit?

**Euangelicus.**

Imo ampla utilitas ex nostris bonis operibus  
ad proximos nostros prouenit. Prima, quod  
attinet ad pietatis exemplū, quo ad uerā pieta-  
tem per bona opera nostra prouocantur &  
aedificantur. Altera, quod pertinet ad subsidia-  
rium externū, quo pauperes aluntur, nudi ope-  
riuntur, infirmi curātur, peregrini suscipiuntur.

**Papisticus.**

Quem obsecro locum habitura sunt opera  
bona in iudicio Dei, dic mihi obsecro?

**Euangelicus.**

Seruiunt opera nostra etiam iudicio Dei,  
ad

ad hoc, ut quod in se iustum est, iustum esse appareat, & misericordiae nota fiat.

### Papisticus.

Cur itaque, haec mihi hactenus incognita explicatur?

### Euangelicus.

Quia inscrutabilia sunt electionis ac reprobationis diuinæ iudicia, qua propter opus est externis testimonijs, quibus declarantur, & ad mortalium usq; cognitionē pertingant, Deo alioqui non est opus, ut per facta externa ad cordium nostrorum cognitionem perueniat, cum sit, cordium & cogitationum nostrarum scrutator & cognitor.

### Papisticus.

At saepe legimus in scripturis, Deum redditum unicuique secundum opera sua, quid tu hic respondes?

### Euangelicus.

Ista non sunt intelligenda, quod opera nostra necessaria sunt coelesti iudicii, ut per ea qualis quisque sit cognoscatur, & quid de uno quoque sit iudicandum instruatur.

### Papisticus.

Dic pōrte an bona opera in credentibus  
Deo accepta sint, an non?

**Euangelicus.**

Euangelium ostendit bona opera, quamvis  
imperfecta in hac uita, placere tamen Deo. Si-  
militer quamvis sancti peccatis nuncq; poenit-  
tis careant, acceptā tamen esse Deo obedien-  
tiam inchoatam, agnoscētibus nobis imbecil-  
lītatem nostrā & luctantibus perpetuo cuna-  
uiens, in certa persuasione esse hunc cultū gra-  
tissimum Deo, cum non pecudes, sed nostrā  
carnēma mactantes illum colimus.

**Papisticus.**

Num propter macerationem aut opus aue-  
deuotionem nostram?

**Euangelicus.**

Non, sed propter merita & gratiam Christi,  
qui est mediator & per quē offeruntur nostra  
opera Deo. Hac itaq; ratione commendantur  
Deo bona opera, quod fluant ex fidei uerita-  
te, quam ille ubiq; respicit, ita ut ea opera, quę  
ex fide non sunt, pro peccatis habeantur.

**Papisticus.**

At nostri Doctores negant in sanctis pecca-  
tum remanere in hac quocq; uita, Imo poss-

etiam

etiam maiora & præstiora opera fieri, quam  
ea sint, quæ Deus mandauit. Et manent tamē,  
ne quis præsumat se placere Deo, dubitareq;  
semper oportere docent de uoluntate eius.

### Euangelicus.

Hic sanè error, ut pessimus & impietate ple-  
nissimus, ita usq; adeo confirmatus est, ut pro-  
pe inemendabilis esse videatur.

### Papisticus.

Quid autem est, quod passim legimus de re-  
muneratione eorum, quæ pro Dei nomine,  
uel bona fiunt, uel mala feruntur.

### Euangelicus.

Audiam ex te huiusmodi scripturæ loca:

### Papisticus.

Paulus inquit, Nō est iniustus Deus, ut obli-  
uiscatur laboris nostri. Item Math. 5. Gaudete  
& exultate, quoniam merces uestra multa est in  
coelis. Et Mat. 10. Qui dederit uni ex minimis  
meis potū aquę frigidę, Amen dico uobis, non  
perdet mercedē suā. Huc etiā faciunt legales  
illæ sententię: Qui fecerit ea homo uiuet in eis.

### Euangelicus.

Hinc tamen uerē colligi nequīt, uitā nobis,  
& æternam salutem aliunde cōstare, quam ex

ipsa gratia Dei, quā fide apprehendimus, ita ut iustitia, quam nondū re ipsa sumus assequunti, propter Christū credentibus in nomen eius imputetur, ut firmissima sit sententia, sola nos fide coram Deo iustificari propter Christum unicū nostrum mediatorem ac seruatorem.

### Papisticus.

Cur igitur opera nostra Deo placent, & ab ipso remunerentur, cum ipsorum gratiano nobis salutem polliceri non debeamus?

### Euangelicus.

Licet opera nostra Deo placeant, ueluti fides fructus, atq; ab ipso pro sua bonitate remunerantur, tanti tamē in seip̄sis nec sunt, nec aestimari debent, ut ipsorum gratia uitā nobis ac salutem, tanq; iustis, polliceri debeamus, cū sint imperfecte bona, et ut propheta ait: Instar panū menstruat̄ mulieris sunt oēs nostrē iusticiæ.

### Papisticus.

Concludis ergo ex operibus nostris, qualibuscunq; apud Deū iustificari saluariq; neminem posse:

### Euangelicus.

Ita concludo & fateor. Magnum tamen & præclarum ussum esse bonorum operum aio, nempe

nempe quod ad gloriā cœlestis patris faciant,  
 quod fidem nostram alant & prouehant, quod  
 electionem ac uocationē nostri corroborent,  
 quod proximos pietatis exemplo prouocent  
 & ædificant, & in rebus necessarijs in hac uita  
 iuuent, quod iuditio Dei iusto multorum cog-  
 nitioni dilucidando seruant, quodq; propter  
 iusticiæ & ueritatis rationem Deo placeant, et  
 pro ipsius clementia renumerationem inue-  
 niant, & postremo quod nihilominus dicen-  
 dum nobis sit, etiam si emnia mandata feceri-  
 mus, quod inutiles serui simus, & orandus  
 Deus, ne sine misericordia, facta nostra iudi-  
 cet, sed per Christum quicquid in nobis uicio-  
 sum est, paterna indulgentia remittat.

### Papisticus.

Vt aut̄ intelligis D. Paulum, qui ad Roma-  
 nos dicit: Factores legis iustificatur. Deinde et  
 hoc dicit, Non ex operibus legis iustificantur:

### Euangelicus.

Vtrumq; uerum est. Qui legem facit Deo  
 acceptus est. Quoniam autem nemo illam per  
 fecte facit, Verum & hoc est quod dicit: Ne-  
 mos ex operibus legis iustificantur.

### Papisticus.

Vnde ergo iustificantur?

E s Euane

**Euangelicus.**

**Gratia per fidem, propter Christum.**

**Papisticus.**

**Sic etiam meritorum fiduciam tollis?**

**Euangelicus.**

Tollunt planè nostri Doctores, fiduciā il-  
lam meritorum ex sententia Christi Lucæ 7.  
Cum feceritis quæcunq; præcepta sunt uobis,  
dicite serui inutiles sumus. Et Esai. 64. Quasi  
pannus menstruatæ uniuersæ nostræ iusticie.  
Et nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.  
Docent autem fiduciam ac spem salutis in so-  
lam Christi gratiā per sanguinem ipsius mor-  
talibus partam, sincera fide collocandam, ut  
maneat gloria gratiæ Dei.

**Papisticus.**

Sed nostri longe aliter de merito docēt, nem-  
pe ita. Cū facimus quod in nobis est eliciendo  
bonum motum in Deū, ex arbitrij libertate,  
primam gratiam meremur de congruo, licet  
non de condigno. Item anima informata gra-  
tia, per actum à uoluntate, simul & gratia eli-  
citum de condigno meretur æternam uitam.

**Euangelicus.**

Hoc quidem nihil aliud est, quam filium Dei  
concus.

concilcare, & sanguinem testamenti ceu rem prophana habere, per quē sumus sanctificati.

### Papisticus.

Quid ita quæso, absit à nobis hoc procul,  
non enim uolumus tales haberis.

### Euangelicus.

Audi obsecro, quid dicam, Vbi carnalis sa-  
pientia audierit, tantum se posse, ut bonum  
motum in Deum ui naturalium bonorum  
queat elicere, eoq; mereri, nonne cristas eriger,  
et in Pharisæis tūm incidet, sibiq; tribuet, quæ  
soli gratiæ sunt?

### Papisticus.

Dic tu mihi, meliorem sententiam, ego eti-  
am eius sententiæ semper fui, nos scilicet ma-  
teri uitam æternam actibus elicuisse.

### Euangelicus.

Sed falsa hęc est sententia, D. Paulus 2. Tim. 1. 2. Tim. 1.  
aliter docet. Deus, inquit, nos saluos fecit, non  
secundū opera nostra, sed secundum suū pro-  
positum & gratiā, quę data est nobis ante tem-  
pora. Idem ad Titum cap. 3. Ephe. 2. Gratia Titum. 3.  
seruati estis per fidē, idz non ex uobis, Deido Ephe. 2.  
num est, non ex operibus, ne quis glorietur.

### Papisticus.

Hei

Hei bone Deus, has sententias D. Pauli,  
nondum unq̄ legi, ecquid aut ex his colligis?

**Euangelicus.**

Hic rationem meriti operibus nostris adi-  
mit & gratiae tribuit, quod saluamur. Nam  
quod dicit, Non secundū opera nostra, Item,  
Non ex uobis, nimirum actum illum à uolun-  
tate elicium penitus, nō admittit, in gloriam  
saluatoris aut meriti, Christus meruit nobis  
omnia per sanguinem suum. Nos autem iusti-  
ficamur gratis, non nostro, sed Christi sudore  
parta est hæreditas. Fides in Christum facit fi-  
lios, igitur & hæredes, Ergo non opera.

**Ioan. 1.**

**Papisticus.**

Sequitur inde nostros doctores & prædi-  
catores errare atq; peccare?

**Euangelicus.**

Et tu, si quid hic tibi arrogaueris, cum im-  
pijs Phariseis non recipies mercedem gloriae,  
sed gehennæ supplicia senties.

**Papisticus.**

Auertat Deus hoc quicquid est mali omi-  
nis, dic mihi clariorem huius intellectum?

**Euangelicus.**

Si nos meremur beatitudinem, cur quæso  
scriptura

Scriptura gratiam uocat; Si Deus in nobis bonum operatur, quid inde nostris uiribus arrogamus? Non itaque meritis nostris, sed solius Christi operibus & meritis saluamur.

### Papisticus.

Die mihi etiam huius testimonia aliquot scripturar<sup>e</sup>.

### Euangelicus.

Diuus Paulus ad Rom. 4. Ei qui operatur, Roma. 4. merces nō imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum &c. Rom. 8. Non reputo Roma. 8. esse pares afflictiones &c. 1. Cor. 4. Quid ha= 1. Cor. 4. bes, quod non accepisti. Roma. 11. Quis prior Roma. 11. dedit ei & retribuetur. Philip. 2. Deus opera= Philip. 2. tur in nobis uelle & perficere.

### Papisticus.

Cur ergo toties scriptura mercedis meminit?

### Euangelicus.

Fides per charitatem operans est donum Dei, opera bona sunt dona Dei, ut si quid retribuat Deus, non nostra, sed sua in nobis opera coronare uidetur, Iudica tu nunc utra pars rectius doceat.

### Papisticus.

Est quod adhuc te interrogam. Illud certum  
esse

76

esse scio, neq; uos negare potestis, Bona opera  
esse facienda, Dic tu mihi quæ nata opera fa-  
cienda sunt?

Euangelicus.

Dicā tibi breuiter, illa bona opera docenda,  
& facienda sunt, quæ Deus ipse in præceptis de-  
calogi præcepit, & quæ in his iuxta interpreta-  
tionem Christi & Apostolorum continentur.

Papisticus.

Ergo cultus Dei & bona opera sine uerbo  
Dei excogitata non sunt bona opera!

Euangelicus.

Recte dicas. Vult enim Deus, non modo si-  
dem uerum etiā omnia opera nostra suō uer-  
bo, ceu certa regula comprehendī, ne more  
Ethnicorum propria ipsi nobis inania figmen-  
ta & opera excogitemus;

Papisticus.

Dic mihi porro quomodo fieri possint bo-  
na opera, cum tanta sit humanæ naturæ infir-  
mitas, & tanta Satanae impedimenta

Euangelicus.

Soluam tibi & hunc nodum: humana dili-  
gentia ut cūmque præstat externā disciplinam,  
Verum præcepta Dei etiā interna cordis ope-  
ra requiri

requirunt, ut timorem Dei, fidem, dilectionem erga Dei præcepta, invocationem ueram, pacientiam in afflictionibus, castitatem &c.

### Papisticus.

Possum ne talia opera præstari ab humana infirmitate sine auxilio diuino?

### Euangelicus.

Nequaquam. Infundit igitur Deus cordibus piorum Spiritum sanctum, qui eos adiuuat, lucem nouam, & robur addit, estq; hoc uerum exercitium, in quo Deus uult nos inuocare, & confugere ad Christum, ut donet & regat nos Spiritu sancto, ne corruamus.

### Papisticus.

Sequitur inde, ut audio, deum non solum nobis præcipere, quid facere debeamus, sed & auxilium polliceri & offerre, ut id faciamus.

### Euangelicus.

Bene dicas. Donat nobis Spiritum sanctum, ut ex animo credamus nos esse in gratia Dei, qua fide animus excitatur ad invocationem, et ubi agnoscimus misericordiam Dei nobis adesse, auxilium & consolationem ab eo expectamus, & subiçimus nos uoluntati eius.

### Papisticus.

Sed

Sed quomodo bona opera Deo placere possunt, cū imperfecta sint, & admodum exigua?

**Euangelicus.**

Ad recte intelligendum hunc locum, scire imprimis debes tria requiri ad hoc, ut bona opera Deo placeant.

**Papisticus.**

Age mi frater si non est tædiosum, mihi hæc tria ordine dicito:

**Euangelicus.**

**Primum.**

Faciam. Primum est, Hominem ipsum Deo acceptū esse, & iustificari gratis propter Christum. Secundum, Necessariū esse sequi nouam uitam & obedientiā erga Deum, licet ea imperfecta sit, item maneat in nobis multū infirmitatis & uitiorum. Quare semper opus est,

**Tertium.**

ut petamus remissionem peccator̄. Tertium, Quamuis infirma sit hæc obedientia, tamen statuendum est, eam in reconciliatis placere Deo propter filium, propter mediatorē Christum, unicum pontificem nostrum, semper interpellantem pro nobis.

**Papisticus.**

Ergo homo non debet fluctuare dubitatione, an uita, uel opera Deo placeant?

*Euange*

### **Euangelicus.**

Minime, sed debet certo statuere se acceptum esse propter Christum, & propter opera sua mandata uerbo Dei, quamvis infirma sunt & imperfecta, grata tamen esse Deo propter Christum.

### **Papisticus.**

Dic nahi quomodo fides exercenda sit in *Exercitu bonis operibus* fidei.

### **Euangelicus.**

Dupliciter. Primo ut credamus ea placere Deo, Deinde oremus Deum, ut propter Christum adiuuet nos & pie uiuere, & profutura communis hominum uitae opera facere, & largiatur his optatum successum.

### **Papisticus.**

Habes ne huius doctrinæ exemplum?

### **Euangelicus.**

Dicam tibi unū, quod quidem uidetur opus leuiuscum. Mater familiās dum educat liberos, laetar, lauat, atq; alia officia nutricionis præstat, ad invocationem diuini nominis atq; pietatem instituit. Verum in his summus cultus Dei est, si ea in fide flant, hoc est, si mater se Deo propter Christum acceptam esse cōfidat,

F & pro-

*Exemplū.*

& propter eundem credat huiusmodi officia  
sua placere Deo, imploret opem diuinam ad  
haec officia, ut ea ipse fœundet, & salutaria  
efficat, ut ipse infantulum suum seruet, edu-  
cet, & uitam eius in omnibus gubernet.

### Papisticus.

Habeo tibi gratiam, pro tam salutari do-  
ctrinæ, sed quæso unum adhuc de bonis operi-  
bus me doceas, nempe cur facienda sunt bo-  
na opera, mala uero fugienda.

### Euangelicus.

**Prima categ. 4 bonorum operum.** Primum quod mandauerit ea Deus. Om-  
nes creature Deo seruiunt & ad obedientiam  
Dei conditæ sunt, pater igitur cum & homo  
suam obedientiam præstare Deo debeat, pri-  
mam causam esse faciendi bona opera, præcep-  
tum diuinum.

### Papisticus.

Sequitur peccare eos, qui bona opera non  
faciunt.

### Euangelicus.

Recte colligis, qui enim se non exerceant stu-  
dio bene operandi, sed perdurati in contemptu  
mandatorum Dei, æternas poenas in merentur.

### Papisticus.

Eft

**E**t ne hæc altera causa, quæ nos tristis animos  
excitare debet ad bene operandum.

**Euangelicus.**

**E**st, nempe, ut ne in æternas poenas incida-  
mus Deus etiam in hac uita peccata punit in causa.  
Unitis ærumnis.

**Papisticus,**

Dicit nihil porro tertiam causam.

**Tertia.**

**Euangelicus.**

Ea sane causa bene operandi prossus neces-  
saria est, quod fieri non potest, ut absq; solida  
ad Deum conuersione, confixat fides uera, &  
certa in Christum fiducia, aut cum peccatis,  
quæ admittuntur contra conscientiam.

**Papisticus,**

Vnde hæc quæso perspicua sunt?

**Euangelicus.**

Ex ipsa fidei natura, fides enim talis assen-  
sus Euangeli est, ex qua firma existit fiducia  
misericordiæ Dei promissæ propter Christum.  
Huiusmodi autem fiducia cum proposito pec-  
candi, in quo manifestus contemptus Dei est,  
& indubitate iræ diuinæ prouocatio, confiste-  
re non potest.

**Papisticus,**

F 2      **Audiam**

32

**Quarta.** Audiam etiam ex te quartam causam bonorum operum?

**Euangelicus.**

Causam præbent etiam magnificæ promissiones diuina mercedis. Deus enim remuneratur opera eorum, qui poenitentiam agunt, æternis præmios.

**Papisticus.**

Quid autem sancti seu credentes merentur bonis operibus?

**Euangelicus.**

Non merentur dignitate operum remissionem peccatorum & uitam æternam, sed si de propter Christum. Stat enim hæc sententia firmiter, qua Dominus de se testatur. Ioan. 6. Hæc est uoluntas patris, ut omnis, qui credit in filium, habeat uitam æternam. Merentur autem bonis operibus incrementa uitutum, & Deus largitur uaria dona spiritus sui &c. Mattib. 25. nat sanctis suis tū corporalia multa, Matt. 25. Habenti dabitur &c.

**Papisticus.**

Quare promisit Deus corporalia bona?

**Euangelicus.**

Vt huiusmodi promissionibus excitati, sic dem,

dem, & inuocationem exerceamus, & inde bonis operibus magis discamus incubere.

### Papisticus.

Da mihi huius doctrinæ exemplum:

### Euangelicus.

Vt cum audis præscribere tibi Deum, ut des eleemosynas, et addere suas promissiones, se tibi uicissim daturum uictum, & cætera bona, Lucæ 6. Date & dabitur uobis, largire he- *Luce. 6.*  
nigne eleemosynam, & fidem in eo exerceto,  
& animum tuum confirma, Deum esse, qui fruges, qui uictum tibi & omnia bona præbet,  
qui te & tuos tuetur, & bonis omnibus cumu-  
lat, & eum etiam hanc tuam benignitatem  
ipsius nomine præstitam remuneraturum.

## De Purgatorio.

### Papisticus.

**N**ostri Theologi de Purgatorio docent & scribunt, credendum esse firmiter, & nulla tenus dubitandum, purgatorium esse, in quo animæ detentæ, oratione, ieiunio, eleemosyna, alijsq; bonis operibus iuuantur, & citius liberentur à poenis.

*9. Locus  
de purga-  
torio.*

**Euangelicus.**

Vnde illud quæso probant, age dic mihi:  
**Papisticus.**

Quia multis sanctis monachis, & deuotis  
matronis factæ sunt uariæ apparitiones, ubi  
animæ hoc dixerunt.

**Euangelicus.**

Sed hæc doctrina de purgatorio uestro tota  
est falsa et frivola, que prohibet pro peccatis sa-  
tisfactionē in igne purgatorio demū perfici.

**Papisticus.**

At in Dialogis Gregorij papæ ad longum,  
Imo per totum ita habetur, & est eius autoritas  
authentica, tum etiam omnes Ecclesiæ suæ  
per opinionem purgatorij sunt fundatae, & lo-  
cupletatæ quo ad anniversaria.

**Euangelicus.**

De purgatorio in scriptura sacra perpetuum  
silentium est, & Augustinus, qui in ea se con-  
suetudini cedit, agnoscit tamen nullo scriptu-  
ræ testimonio hanc opinionem adiuvari, nisi  
hy storia illa de oblatione Iudee Machabei,  
quam tamen non esse canonicam, nec certæ  
autoritatis & ipse fatetur, & Hieronymus ad-  
monet, & omnium consensu proditum est.  
**Papisticus.**

## Papisticus.

Quid autem tui concionatores sentiunt de purgatorio?

## Euangelicus.

Id quod Euangelium pronunciat, nempe eos esse saluos, qui in domino defuncti sunt. Item non esse fidem habendam laruis, lemuriis, & illis uisis nocturnis manium. Item Roma. 6. Corpore extinto fidelium sublatum peccatum est. Et Augustinus Christum purgatorium, non ignem post mortem esse dicit, de ciuitate lib. 10. cap. 24.

## Papisticus.

Etiam nos uiri citant locum ex epistola prior ad Corinth. cap. 3. Ipse uero saluus fiet, sed sic tanquam per ignem.

## Euangelicus.

Sed Augustinus hunc locum aliter expoit, quemadmodum sani omnes aliter expoitendum uident. Sicut enim metaphora est in nominibus stipulae, foeni, & ligni, ita procul dubio nomen ignis metaphorice capitur pro examine spiritus, quo huianae doctrinæ perirent. Dei autem ueritas, instar auri probatur.

## Papisticus.

Attamen Augustinus purgatoriū non negat?  
Euangelicus.

Passus est se uinci à cōsuetudine, nihil tamen  
audet afferere, quinetiam dubitanter loqui-  
tur, dicens incredibile non esse, & utrum ita  
sit, queri posse, ad hæc nequaq; sibi constat.

Papisticus.

Quid ita, dic mihi?

Euangelicus.

Siquidem alio loco animas, cū de seculo exi-  
erint, diuersas receptiōes habere tradit, ubi bo-  
ni gaudio fruantur, torqueant mali. Requiem  
porrò, quæ continuo post mortē datur, tunc  
quemq; accipere, cū moritur, si ea dignus est.

Papisticus.

Quid autem certi, de animis mortuorum  
concionatores cui docent?

Euangelicus.

*Apoc. 14.* Scriptura beatos esse mortuos testatur Apo-  
ca. 14. qui in Domino moriuntur, qui requi-  
em exinde à laboribus suis habeant, quando  
*Luce 16.* consolationem eas recipere docet, *Lucæ 16.*  
*philip. 1.* Viviere cum Christo. *philip. 1.* & frui Dei præ  
*2. Cor. 5.* sentia. *2. Corint. 5.* In hac doctrina, quæ nihil  
habet controuersiæ, pedem figunt.

Papisticus.

## Papisticus.

Etiā orationes pro animis mortuorum  
nihil ualere iudicant.

## Euangelicus.

Nullum praeceptū Dei, hic se habere affir-  
mant, nullam etiam promissionē, nullum dea-  
nicē exemplū, cum tamen multorum sepultu-  
ras scriptura cominemoret, quorundā etiam  
exequias referat longo sermone. Porro nō est  
credibile, quod si fuisset praecipui nominis spi-  
ritū Dei omisſe, cū leuiuscula illa recenseret.

## Papisticus.

At nostri patres pergunt docere purgato-  
rium esse, idem etiam noster cōcionator scrip-  
tū approbauit?

## Euangelicus.

Dicant mihi tui patres, meritorum, satisfa-  
ctionum & purgatoriū doctores, cur latro in  
cruce fixus, absq; ullis bonis operibus sola fide  
& fiducia erga Christum per gratiam illius,  
quam inuocauit iustificatus est, & à cruce in  
paradisum translatus, cum Domino in para-  
disum assumptus?

## Papisticus.

F s Hoc

Hoc sane, ut ego opinor, ignorant, dicitur  
mihi illuds.

### **Euangelicus.**

Quia uidelicet nondū erat caminus ille pur-  
gatorius constructus, quem post aliquot cen-  
tenarios Romani pontifices postea, ut fictis  
verbis in Ecclesia negocientur, instaurerunt.

### **Papisticus.**

Nostri sane uigilijs & missis in Ecclesia nego-  
ciantur, & sic animarū solutionem ac libera-  
tionem in purgatorio existentium, promittunt.

### **Euangelicus.**

Vera loqueris, Dicunt enim, date nobis pes-  
cunias, & orabimus pro animabus & uestris  
& maiorum uestrorum, ut ē purgatoriū carce-  
re liberentur. Vae isti impudentissimæ imputa-  
dicitiæ.

### **Papisticus.**

Quid ita succenses? Hoc equidem figmento,  
ut tu uocas, corraserunt ingentes opes, qui-  
bus sacerdotali luxui consuleretur.

### **Euangelicus.**

Ita mihi places. Hoc tibi certo persuades,  
non cuiusquam mortalium salutem, nisi ex  
mera gratia, per sanguinem Christi, quo re-  
dempti

dempti & patri coelesti reconciliati sumus, si  
Christo firma fide adhaeserimus.

### Papisticus.

Vx ergo illis, qui his nugis seducti, negli-  
genter sese in hac vita gesserunt, & uana spe  
purgatorij ignis decepti, neglecta resipiscen-  
tia, & fraterna reconciliatione, contemptaq;  
Christi adhortatione ex hoc seculo migrarūt.

### Euangelicus.

Recte quidem iudicas, Deo olim daturi pœ-  
nas grauissimas, qui ita docent, & plebem se-  
ducunt.

### Papisticus.

Sed heus tu, huius tam memini, quod uester  
Lutherus scripsit esse purgatorium.

Lutheri  
sententia  
de purga-  
torio.

### Euangelicus.

Purgatorium à Lutherō assertum iactant  
papistē, & adhuc asserit, sed illud, quod in Psal-  
mis frequentatur, ubi sancti laudant Deum  
quod ab inferno inferiori, de tenebris &  
umbra mortis, de manu inferi, de periculis ina-  
fernī, de finibus & portis mortis & quæ sunt  
similia, liberari sunt.

### Papisticus.

Iam alium locum scripturæ tibi proponam,  
quo

90

quo nostri docti purgatorium esse approbat.

**Matth. 12.** Christus dicit Matth. 12. Nec h̄ic, nec in futuro remittetur. Et diuus Gregorius ita concludit. Ergo aliqua peccata in futuro remittuntur, scilicet in purgatorio, aliās non dicuntur, nec in futuro.

### Euangelicus.

Valde dormitat bonus uir. Quia Christus hic de Blasphemia spiritus loquitur, quod h̄ec

**Matth. 12.** nō remittitur hic, nec in futuro. Et Matt. 12. aperte legitur quid uoluerit, nempe in æternum

**Marc. 3.** non remitti. Et Marc. 3. dicit. Qui blasphemat spiritum, non habet remissionem in æternum, sed reus est æterni iudicij.

### Papisticus.

Audiui nuperrime à patribus nostris, uestros doctores scribere & docere, purgatoriū statuerē, esse blasphemiam in Deum, est ne uerum?

### Euangelicus.

Verum est. Nam purgatoriū uera est blasphemia contra claves à Christo donatas. Quia sic dicit, Quodcumq; solueris super terram, soſtutum erit in cœlis. Non dicit quædam soluentur in futuro, sed super terram soluta, sunt omnia in cœlo soluta.

Papisti.

## Papisticus.

Si uelis ita colligere, sequeretur purgatoriū pugnare contra decem præcepta, symbolum Apostolicum, & orationem dominicani?

## Euangelicus.

Possum quidem, Christus enim dicit, Dimitte et dimittetur uobis. Non dicit, Dimitte & quedam hic, & quedam in futuro dimittentur. In oratione dominica: Dimitte nobis debita nostra. In Symbole, Remissionem peccatorum credo. In decem præceptis: Ego dominus Deus tuus.

## Papisticus.

Non credis ergo aliqua peccata remitti in futuro seculo, & ibi satisfaciendum esse pro peccatis per poenam purgatoriū?

## Euangelicus.

Cur crederem: Cum nullas scripturas certas pro purgatorio illo habetis. Remittitur peccatum gratis, ut Davidi, quando dixit peccavi, qui si tunc mortuus fuisset in finum Abraham, ut pauper Lazarus receptus fuisset absq; omni poena, poena autem & crux sequitur quidem in hac uita, post peccatum, credentes, non ut peccatum auferatur, quod ante gratis remissum

92

misiūm est, sed ut filij Dei sustineamus benigni  
ni patris uoluntatem, ut David usq; ad finem  
uitæ, post remissum peccatum. Sic Adæ re-  
missum est peccatum, sed poenam peccati sus-  
tinuit in suo mortali corpore, ut nos omnes.

### Papisticus.

Sed nostri doctores purgatorium esse defen-  
**Matth. 5.** dunt, præsidio uerborum Christi, Matth. 5.  
Non exhibis illinc donec persolueris &c.

### Euangelicus.

Est peculiare locutionis genus, ac si dixisset,  
Nunquam exhibis. Sicut apud Hieremiam le-  
gitimus: Ebibes poculum usq; ad feces, quod  
nemo non intelligit totum poculum esse ebi-  
bendum. Ita exponit Augustinus libro de ser-  
mone Domini in monte. Non loquitur Christus de carcere aliquo aut poena transeunte,  
sed de carcere & poena æterna.

### Papisticus.

Est alius locus scripturæ, quo probant pur-  
gatorium esse. 1. Mach. 12. Sancta & salubris  
est cogitatio pro defunctis exorare, ut à pecca-  
tis soluantur. Quid tu quæso hic respondebis?

### Euangelicus.

Argumentum hoc nō ualeat. Iudas hoc fecit,  
Ergo

Ergo sic est faciendum. Similimodo ualeret ec-  
illud: Dauid ille rex & sanctus Propheta com-  
misit adulterium & homicidium, ergo sic est  
faciendum. Non sequitur quod factum est à  
Iuda, pertinere ad omnes. Iudas fecit quod-  
nusquam aliás factum legitur, neq; est uerbo  
Dei commendatum.

### Papisticus.

Vt autem tu intelligis hunc locum?

### Euangelicus.

Nihil plane ibi scribitur de igne illo purga- **Expositio**  
tori, sed hoc tantum, quod ubi dormiunt de- loci Ma-  
functi, possint absoluī per preces à peccatis, in chabeorū :  
quibus eos occupauit mors, ut interim dum  
dormiunt, orēmus, ut remittantur eis pecca-  
ta, ut euigilantes in futura resurrectione, ista  
peccata nō habeant. Dormire enim eos dicit,  
non iacere in poenis, & absoluī à peccatis, non  
liberari ex igne.

### Papisticus.

Es ne certus rem ita se habere?

### Euangelicus.

Nō, ignoramus enim illud Deo placere. Pub-  
lice autē in Ecclesia, neq; doctrina, neq; facto  
debet probari, quod uerbo Dei nō possumus  
defendere,

**94**

defendere, ut sic fidèles ministri Euangeli*j* inueniamur, curantes solū quæ Deus nobis precepit, & non addentes ad uerbum Dei, ne & nos & alios faciamus obnoxios iudicio Dei, cum timore & tremore nobis agendum est, non uanitate opinionum humanarum.

**Papisticus.**

**Vt aut̄ de sententia purgatoriū concludit̄is:**  
**Euangelicus.**

Purgatorium ignem nouimus, experimur  
in hac uita, post hanc autem uitam purgatoriu*m* ignem esse, in quo purgentur & pro peccatis satisfaciant exutę corporibus animae nulla scriptura dicit, Ergo sanctus Gregorius purgatoriū missas nobis non ex uerbo Dei, sed ex revelationibus mortuorum, contra praeceptum Dei, & fidem Christianam confirmauit.

## **De Missa.**

**Papisticus.**

**10. Locus  
de Missa.**

**N**ostri Theologi adhuc docente Missam esse sacrificium, ex Christi institutione ualens pro uiuis & mortuis.

**Euangelicus.**

**Euan-**

**Euangelium** autem docet, in conuentu Ecclesiastico, & congregatis fidelibus, celebrandum esse communicationem corporis & sa-  
guinis Iesu Christi, uescientibus aliquibus pa-  
ne dominico & bibentibus poculum, id est, su-  
mentibus corpus & sanguinem Christi.

### Papisticus.

In quem usum, age hoc mihi dicitor.

### Euangelicus.

Ad memoriam Domini nostri Iesu Christi,  
quemadmodum ipse hoc fieri praecepit, ut re-  
mainscamur cruciatuum & mortis ipsius, nec  
non gratiae nobis promissae et conciliatae, quae  
nulli potest applicari aliter propria ipsius re-  
cordatione & fide, credenti cum hoc testimonio  
Christo, quod reputetur ab ipso, & habeatur  
pro membro corporis Ecclesiastici, cuius ca-  
put est Christus, quodque purificatus sit sanguis  
Christi effuso in cruce, pro quibus benefi-  
cijs gratias uniuersi agere semper debent,

### Papisticus.

Non offerunt pro alijs, neque ad aliorum sa-  
lutem applicants.

### Euangelicus.

Non, Quia institutio Christi sic habet, Aca-

G cipite

96.

cipite & manducate, non autem offerte. Ergo  
Missa non est sacrificium ex instituto Christi,  
sed palam cum eo pugnat.

Papisticus.

Qui quæsto, dic mihi huius rationem?

Euangelicus.

Neb. 9.

¶ 10.

Quia constat ex scripturis hoc peculiare ac  
proprium fuisse Christi officium, scipsum of-  
ferre, sicut dicit Apostolus ad Heb. 9. & 10.  
Ipsum una oblatione in perpetuum sanctifi-  
casse suos. Item semel apparuisse, per oblatio-  
nem sui. Item hac sanctificatione perfecta nula  
lam amplius restare oblationem.

Papisticus.

Etiam negas nostros missatores mereri res-  
missionem peccatorum mortuis?

Euangelicus.

Age mihi homo, cum promissio ad eos solos  
destinetur, qui Sacramento communicant,  
quo iure ad mortuos pertinebit?

Papisticus.

Age recitabimus utriusq; partis sententias de  
Missa, Nostri dicunt & docent Missam facer-  
dotis esse sacrificium pro vivis & mortuis, nec  
fructu impedire ministri personali malitia;

cum

cum ex opere operato uim habeat Missa, & in persona Ecclesiae sit oblatio, qua de caussa est maximi meriti, qua nobis & alijs meremur.

### **Euangelicus.**

Hæc est autem nostra fides & catholica, de Missa, seu ut melius dicam, de coena domini, quæ ad præscriptum Christi peragitur in nostris Ecclesijs, nempe ut iugi dominicæ mortis recordatione, nostra fides augeatur, accendatur charitas, roboretur spes, nosc& cognita præ ciosissimæ mortis caussa, magis magisq; ad gratiarum actionem pro inenarrabili dilectione, ad abolendum corpus peccati, & ambulandum in uitæ nouitate, urgeamur.

### **Papisticus.**

Sed non creditis esse sacrificium?

### **Euangelicus.**

Non scimus enim certo ex uerbo coenam hanc domini, salutiferæ mortis Christi memoriale esse, non sacrificium, sed sacrificij semel in cruce facti recordationem.

### **Papisticus.**

Vbi hoc scriptum esse probabis?

### **Euangelicus.**

Psal. 109. Promissio est Christum fore pon-

Psal. 109.

G 2 tificem

98.

tificem nostrum, in æternum à patre constitutum, hæc præstata est, semel enim ingressus est in sancta, per unicam & in perpetuam consumante oblationem. Heb. 9. & 10. Ut nihil opus sit denuo illum pro nobis offerri, qui nō amplius moritur, Roma. 6.

Hebre. 9.

& 10.

Roma. 6.

### Papisticus.

Attamen in ueteri Testamento oblationes ualuerunt pro peccatis abolendis:

### Euangelicus.

Nouimus ex Leuit: Moysi, oblationem pro peccatis fieri, ubi uictima satisfacit, sanguis ab iuit. Quare, si una hæc oblatio, qua se Christus obtulit, satisfacit pro peccatis totius mundi. Iuxta Esai. 53. Ipse iniquitates nostras portauit, propter scelera nostra attritus est. 1. Ioā. 2. Ipse propitiatio &c. Consequitur frustraneos esse plures oblationes, quas ipsi prætendunt.

Esaiæ. 53.

1. Ioan. 2.

### Papisticus.

At sancti patres & concilia nouam oblationem post Christum & Apostolos in nouo Testamento erexerunt.

### Euangelicus.

Quid quæso hoc aliud est, quam priorem Christi oblationem parvipendere, Deum mens daci?

dac̄ arguere, & Christum, qui nos mercatus  
est. 2. Pet. 2. abnegares.

### Papisticus.

Etiam scribunt & docent in missali sacrificio remitti peccata, cum pro uiris & mortuis offeratur filius Dei per sacerdotes.

### Euangelicus.

Consequitur ipsorum opinione, unicum illud crucis sacrificium pro omnibus peccatis non satisfecisse, quod quid aliud est, quam dominum cuius praeioso sanguine, non caducis rebus auro & argento, redempti sumus, abnegare, dum missis ipsorum tribuunt, quod uniuersa scriptura tribuit morti Domini nostri Iesu Christi.

### Papisticus.

Non ergo asseris hac ipsa coenę communione remitti peccata?

### Euangelicus.

Non, Sed cum recordamur fide uera & grata, beneficium redēptionis, quo filius Dei corpus suum tradidit uictimam pro peccatis, & sanguinem fudit, ad abluenda peccata, hac si de iustificamur, & remissionem peccatorum, morte Christi partam consequimur.

### Papisticus,

**Heb. 5.** Sed nostri probant Missam esse sacrificium & oblationem pro uiuis & mortuis ex Epistola ad Heb. cap. 5. Ut offerat pontifex ex hominibus assumptus donaria & uictimas pro peccatis &c.

### Euangelicus.

Miseri homines non animaduertunt quod Apostolus utitur similitudine ex lege Mosaica ducta, & in hoc tantum, ut ostendat sacerdotis suisse olim, ut placabilem & benignum se exhiberet his, qui ignorantis & peccatis præoccupati fuissent.

### Papisticus.

Habemus ergo nunc alium pontificem.

### Euangelicus.

**Heb. 7.** Ita sane, nempe Christum Iesum, cui non est necesse quotidianie offerre uictimas, Nam id fecit semel, cum semetipsum obtulit. Heb. ca. 7. Pudeat igitur tuos missatores, qui Christum denuo in Missa offerre se, blasphemare audent. Apostolus habet semel & semel ipsum. Unica namque ista oblatio, sufficientissima, efficacissimaque est omnibus saluandis atque ita, ut nulla reiteratione porro opus sit.

### Papisticus.

Sequitur

Sequitur iuxta uestram sententiam blasphemum esse, dicere Christum deberi iudicis in sacrificio Missæ, patri pro peccatis uiuorum & mortuorum offerri:

### Euangelicus.

Recte dicas. Hoc enim esset diminuere de dignitate Christi, perinde atq; in perfectum sui ipsius sacrificium suisset, hoc aut ut manifestissime falsum, nemo pius admiserit. Sufficiens itaq; Christi sacrificium censendum, & nequam amplius repetendum erit. Una namq; pro peccatis uictima ille in perpetuum sanctificandos perfecit, ut iam certissimi sint, Deum patrē sibi fore clemētissimū, & liberaliter præstaturum, quæcumq; in Christo politus est.

### Papisticus.

Sunt ne simul uera, esse condonata peccata, & superesse sacrificium, per quod peccatum remittendum sit:

### Euangelicus.

Non, si enim remissio peccatorum est, oportet ut sit plenaria remissio, ita ut iuxta præmissum uaticinium, illorū Deus amplius non recordetur. Iam si plenaria est remissio, necesse est, ut plenaria ficerit sacrificium Christi, atque in perpetuum ualeat.

## Papisticus.

**De communione utriusque speciei.** Insuper nostri Theologi docent, non esse laicis ad salutem necessaria communio sub utraque specie.

## Euangelicus.

**At nostri docent, Mandatum esse Christi.**  
**Math. 26.** Matt. 26. Bibite ex hoc omnes. Quin etiam cum de pane simpliciter dixisset, accipite, manducate, cum ad calicem ventum est, iubet nominationem, ut omnes bibant. Hoc se Paulus tradidisse Corinthiis sicut acceperat a Domino, recordatur. **1. Cor. 11.** Et cum coenae negocium exponit, utramque speciem praebet indiscriminatim omnibus fratribus, quemadmodum Christus instituit. **Math. 25.** **Mar. 14.** **Luc. 22.**

## Papisticus.

Deinde aiunt, recte & certis ac iustis de causis ab Ecclesia sanctum esse, ut laicis sacramentum sub una tantum panis specie communicetur.

## Euangelicus.

Ecclesia uera Christi ne Angelum quidem de celo audit, qui diuersum a mandato spiritus sui præcipiat, tantum abeat, ut ipsa per se aliud quid usurpet aut statuat. Audit enim Ecclesia nullum praeter Christum.

Papisticus.

## Papisticus.

Vis tibi dicam rationē, cur doceant sacramen-  
tum altaris sub utraq; specie solis sacerdotib; bus  
dandum esse, laicis sub specie panis tantum.

## Euangelicus.

Percupio hanc ex te audire, audies tuū quid  
& nostri de hac sentiant.

## Papisticus.

Quod sub utraq; specie naturali quadā con-  
comitantia sit totus Christus, iuxta illud: Ca-  
ro cibus, Sanguis potus, manet Christus ta-  
men totus, sub utraq; specie. Inde colligunt  
tantundem sub altera specie Sacramenti di-  
spensari, quantum sub utraq;.

## Euangelicus.

Ratio, quæ adduci solet de concomitantia,  
locum hic non habet. Necq; enim quid nobis  
der Christus intueris oīum conuenit, sed etiam  
qualiter, aut si maiis modus inspiciendus est,  
quo dominus seipsum nobis uult communica-  
re. Quemadmodum ergo sub pane dat nobis  
corpus, ita etiam sub calice sanguinem.

## Papisticus.

Quid porro nobis restat?

## Euangelicus.

G 5

Nihil,

Nihil, ut obediamus eius mandato, ex eius manu sumendo, ea quæ porrigit nobis, nempe corpus & sanguinem. Hic ritus fuit obseruatus in Ecclesia ultra annos mille, sicut testantur omnium patrum scripta.

### Papisticus.

Recita mihi quæso aliquot patrum scripta, quibus probabis dandum esse Sacramentum altaris sub utraque specie?

### Euangelicus.

Tertullianus inquit: Caro corpore & sanguine Christi pascitur, ut anima de Deo saginetur. Theodoritus uerba Ambrosij refert ad Theodosium Imperatorem, quomodo huiusmodi manibus sacrum domini corpus suscipeat: qua audacia poculum præiosi sanguinis ori admouebis? Hieronymus in Sophoniā: Sacerdotes, qui Eucharistiam cōficiunt, & sanguinem domini populo distribuunt.

*Habite. 18.* Chrysostomus in 2. ad Corinth. cap. 9. Non sicut in ueteri lege partem commendebat sacerdos, partem uero populus, sed ea quæ sunt eucharistiae communia sunt omnia inter sacerdotem & populum. Omnibus unum corpus proponitur & calix unus.

### Papisticus.

*Habes*

Habes ne exempla quorundam, qui sic fieri omnino oportere censuerint?

### **Euangelicus.**

Habeo. Constat enim ex decreto Gelasij, De conse-  
qui arceri iubet à toto sacramento, qui à calix crat. disti-  
ce abstinent, quoniam diuisio huius mysterij, & compre-  
inquit, grandi sacrilegio non careat. Cypria= rimus.  
nus uero fortiter contendit, nullo modo ad-  
mittendum esse hoc sacrilegium.

### **Papisticus.**

Ecquid inde recte colligis?

### **Euangelicus.**

Hic habemus uerbum & factum domini, et  
ministri eius Pauli. Deniq; primitiæ Eccle-  
siae, in qua etiam num fides uiridior, charitas  
seruentior, spesq; firmior, & in uniuersum  
Christianismum purior erat, quippe fonte  
proximior. Quod si non licet uerbum & fa-  
ctum saluatoris seruare, in reprobatione mag-  
na, nempe Sacramento, ad quid scriptura pro-  
ponitur Ecclesie Dei?

### **Papisticus.**

Assentior tuæ sententiæ, siquidem credo do-  
ctrinas ab Euangelistis & Paulo traditas, nec  
à Papa, nec concilio, Imo nec ab Ecclesia posse  
aut

aut debere mutari. Sed est tamen magna Sacramenti ueneratio & usus illius:

### Euangelicus.

Vsus sacramenti est disertis uerbis à Christo institutus, ut non solū mirandum, sed horribiliter expauescendū sit, ausos fuisse ullos homines mutare præscriptionem uerbi Dei. Edere corpus suum, & bibere sanguinē suum omnes subet Christus, & facere hoc in memorā sui.

### Papisticus.

Sequitur inde, dimidiationem Sacramenti non posse adscribi Ecclesiæ Christi:

### Euangelicus.

Minime, Est enim hæc mutilatio Sacramenti nouitia, & licet eā multis seculis Ecclesia obtinuerit, tamē constat, usum huius Sacramenti fecus esse institutū à Christo, aliter traditū ab Apostolis, qui à domino acceperant. Vnde res eae nostri colligunt, hanc Christi institutionis depravationē minime tribuendam esse Ecclesiæ sponsæ Christi, quæ uerbum eius per omnia sequitur, sed temeritatipotius, et superstitionis imperitorum & irreligiosorum sacerdotum.

### Papisticus.

Nec apud uos ualeat phisica ratio, qua nostri probant

probant contineri tantum sub altera specie sa-  
cramenti, quantum sub ueraque?

### **Euangelicus.**

Est commentum, irreligiosa seu à ratione &  
religione aliena argutatio, & plane à ueris  
Christi Ecclesijs, quæ mox institutum sui præ-  
ceptoris cognouerint repudianda, ut quæ  
unum hunc magistrum audire, & sequi pasto-  
rem debeat.

### **Papisticus.**

Age dic mihi quæ so huius tuæ confutatio-  
nis opinionis nostrorum rationem?

### **Euangelicus.**

Ista corporis & sanguinis Domini exhibi-  
tio, quam Dominus in sacra coena sua offert,  
res sacramenti est, & operationis diuinæ, qua-  
propter ex phisica ratione de ea quicquam col-  
ligere uelle, non minus à ratione, quam à reli-  
gione alienum est.

### **Papisticus.**

Dic porro quomodo nobis Dominus se-  
ipsum in coena exhibeat?

### **Euangelicus.**

Exhibit hic se Dominus, ut ipsi uisum est ra-  
tione nobis inexplicabili, & quam seorsim  
corpus,

corpus, scorsim sanguinem, in ipso tamen ne  
phas est quidquam sectionis cogitare.

### Papisticus.

Qualis est hæc exhibitio, num figurata aut  
Significativa?

### Euangelicus.

Est uera & realis exhibitio, sed ad id, ut cor-  
pus & sanguinem Domini uere percipientes  
uiuamus penitus in ipso, & ille in nobis. In  
nostris enim cordibus habitare uult, eo se his  
Sacramentis infert, ut ipsum nō in auro & ar-  
gento, sed in nobis ipsis, quem tota uita nostra  
circumferre, ut tanquam ueræ monstrantia,  
demonstrare & exhibere debemus omni pie-  
tate, sanctimonia & beneficentia.

### Papisticus.

At nostri ob̄jciunt uobis aliud argumen-  
tum, nempe quod Apostoli non laici fuerint,  
sed sacerdotes, cum eis dominus utrumq; Sa-  
cramentum præbuit? quid tu dicas?

### Euangelicus.

Pudet pigetq; me tuo nomine, si istam argu-  
tiā approbas, sequitur neq; panem domini  
laicis dispensandum esse: sicut quidā imperitus  
sacrificulus dixit, laicus nec corpus Domini  
iure

lure dari, sed liberali sacerdotum benignitate,

### Papisticus.

Insuper nostri Theologi docent, dominum non uetusse dispensari altera solum specie, *Lucas.* quum & ipse ita Sacramentum duobus discipulis Emaanti porrexerit.

### Euangelicus.

Incerta conjectatio est, an dominus in ea fractione panis duobus discipulis Sacramentum corporis sui dederit, & ut certa sit, quomodo probabunt non dedisse dominum his discipulis pariter & Sacramentum sanguinis sui?

### Papisticus.

An tu negas dominum his dedisse Sacramentum, tamen clara sunt uerba, quæ Lucas scribit. Et factum est, dum accumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis?

### Euangelicus.

Quid quæso porrigebat illis, num sacramentum illud cœnæ dominice, quod ante instituerat?

### Papisticus.

Hoc quidem nostri Theologi sentiunt, & disputant Christū hoc loco suā ipsius institutionem mutasse, uidelicet, qui cū ante instituerit in coena

in coena sua usum panis & uini, nunc instituat  
tantum panem, & significet laicis non esse por-  
rigendum calicem domini.

### **Euangelicus.**

Est mera ineptia, & argumentatio minime  
conueniens, Christus enim hoc loco non cons-  
secrat Sacramentum cœnæ dominicæ. Nam  
quod Euangelist ait, Benedixit, non additur,  
Et dixit, Hoc est corpus meum, id quod om-  
nino necessario in coena dominica significan-  
dum erat. Et si maxime constaret iuxta ue-  
stram sententiam, (quam tamen probare &  
ueram esse nequaquam potestis) dominum, in  
haec fractione panis exhibuisse Sacramentum  
sui ipsius, & id Symbolo panis tantum, licet  
ne propterea seruis immutare institutum do-  
mini sui in haec sacra cœna, tam clare & diser-  
te ab eo traditum?

### **Papisticus.**

Vt autem concludis locum hunc, de una uel  
utraq[ue] parte Sacmenti suscipienda?

### **Euangelicus.**

Fateor ingenue Christum omnibus Christia-  
nis tam accipientibus quam administrantibus  
idem corpus, & idem poculum proposuisse,  
iussisseque pariter omnes utrumque sumere, nihil  
enim

111

enim in hoc Sacramento interesse inter sacerdotem & plebem catholice & orthodoxe D.  
Chrysostomus testatus est.

### Papisticus.

Animo fanè lubenti hæc audīui, dic porrò Veneratio  
de ueneratione Sacramenti, quid sentias? sacramen-  
ti.

### Euangelicus.

D. Paulus addit uenerationem, nempe ut  
uescamur pane & sumamus poculum domini  
digne. Iam constat Sacra menta extra usum &  
terminos uerbi Dei sine impietate nefaria non  
posse produci.

### Papisticus.

Quæ est impietas nefaria?

### Euangelicus.

Dicere Missam esse sacrificium pro uiuis &  
mortuis, mereri sibi hoc opere per operationem  
ipsam Missatores remissionem peccatorum, etiam  
alij tam uiuentibus quam mortuis, nec non  
conferre missationem, fortunam prosperam & fœ  
lices successus in omnibus rebus, conducere  
Missam ad omnes inceptiones & qualemcumque  
spem. Item cum circumfertur & ostendatur.  
Item Missæ meritum penetrare purgatorium et  
animas educere. Item circumferre ad amolien-

H. da mæ

da mala, ut incendiorum & exundationum.  
Papisticus.

Ita prædicant se consulere dignitati operis Missarum, ut hoc pluris fiat.

Euangelicus.

Sed extra usum & fine mandato Dei ita sacramentum hoc spectandum tantum atq; supersticiose uenerandum proposuerunt, in quibus iam dictis abusibus, quantum sit impia temeritatis & audatiz, quis non uidet?

Papisticus.

At porrè nostri docent potestatē consecrandū uerum Christi corpus, & in foro pœnitentiæ absoluendi datum esse à Christo solis sacerdotibus, secundum Ecclesiæ ritum ordinatis:

Euangelicus.

Nostri quidem fatentur sacerdotes esse dispensatores mysteriorum Dei. Ideoq; legitimos coenæ adiministros, Sed ordinatos Christi Apostolorum ritu atq; etiam ueteris Ecclesiæ: in qua sola impositio manū usitata erat, sine unctione, & alijs nugis.

Papisticus.

Aetamen in ordinatione fine potissimum spectandum esse, atq; officium, cui destinantur sacerdotes:

Euanc-

### **Euangelicus.**

Recte dicitis. Debent autem constitui ex Dei mandato & regula scripturæ, non ad immo-  
landum, sed ad regendam Ecclesiam, pascen-  
dumque grege in uerbo Domini, & sacramenta  
administranda.

### **Papisticus.**

De absoluendi potestate quomodo quæso **Absolutio.**  
gendum docent:

### **Euangelicus.**

Datum quidem est ministerium reconcilia-  
tionis ueris pastoribus, ut sua doctrina, hoc  
est, Euangeli prædicatione, homines reducen-  
do cum Deo in gratiam à peccatis absoluant,  
hoc tamen non esse alligatum, nostri docent,  
personis, sed uerbo: adeoque uerbo potius  
quam hominibus esse datum, ut à quocunque  
proferatur gratiæ remissio, certam absolutio-  
nem in foro conscientiæ adferat.

### **Papisticus.**

Attamen peculiariter Apostolis dicitur:  
Quorum remiseritis peccata, remittentur:

### **Euangelicus.**

Verū est, tamē claves universæ Ecclesiæ da-  
tas esse agnoscunt sancti patres, nominatim

H 2 Cypria

**Cyprian.** Cyprianus & Augustinus, quibus alij assen-  
**August.** tiuntur. Nam remissio peccatorum in Christo,  
 per quemque annuncietur, uera est absolutio.

### Papisticus.

Inde consequitur hos, quos nunc uocamus  
 Sacerdotes missarios & horarios non esse vera-  
 ros sacerdotes.

### Euangelicus.

Ita est, Totum enim Papisticum Sacerdotium  
 ad imitationem Leuitici sacerdotij institutum,  
 res est commenticia, sine uerbo Dei ex cogitata.

### Papisticus.

Ad quid profuit Leuiticum sacerdotium et  
 sacrificia eius?

### Euangelicus.

Respxit in dominum nostrum Iesum Christum  
 & in sacrificium eius, quo uno & solo re-  
 conciliati sumus cum Deo patre in cœlis.

### Papisticus.

**Consecra-** Adhuc ex te audiā, quid sentiant uestre fidei  
**tio.** doctores, de intentione cōsecrandi, nostri Parri-  
 sienses & Louanienses ita scribunt, certū esse  
 sacerdotes, etiam si mali fuerint, & in peccato  
 mortali, cōsecrare uerū Christi corpus, siquid  
 illud consecrare intendant: quid tu dicis?

Euana

### **Euangelicus.**

Est plane absurdū Sacerdotes potestate pā-  
pistica prēditos fingere, ut quoties placuerit  
consecrare illis liceat , propter nummum, &  
eius deuotionem , Imo etiam præter Christi  
institutum. Subest enim promissio mandato,  
cui annexa est.

### **Papisticus.**

Vis fortassis Domine mi inde concludere  
ipso Christi corpus non habere , nisi secun-  
dum regulam ab ipso Christo positam, cœ-  
nam celebrent .

### **Euangelicus.**

Ita sanē nostri constituunt, friuolam scilicet,  
& nihil esse consecrationem, ubi sacerdos sibi  
soli, seorsum ab alijs consecrare audet, Nec  
enim magicæ incantationis uerba sunt. Hoc  
est corpus meum, sed promissionem conti-  
nent, actioni à Christo institutæ seruientem.

### **Papisticus.**

Ergo flatum & sussurrum nostrorum Sa-  
cerdotum in consecratione non approbant:

### **Euangelicus.**

Imo dicunt hanc consecrationem tum Bap-  
tismi, tum Missæ à magicis incantationibus

nihil omnino differre, flatu enim & sussurris,  
uei non intellectis uocibus, confidere se putant  
mysteria, quasi demurmurari uerbum suum  
uoluerit Christus ad mysteriorum peractio-  
nem, ac non potius clara uoce pronunciari.

### Papisticus.

Vnde illud probare potes?

### Euangelicus.

Ex contextu constat: Accipite, manduca-  
te: Hoc est corpus meum. Vnde constat per-  
peram fieri, quod leui sussurro uerba demur-  
mantur, cum palam clara uoce pronuncia-  
ri debeant. Qua ratione Augustinus conse-  
crationis uerbum appellat, uerbum fidei quod  
praedicatur.

### Papisticus.

Ergo non obscuris uerbis, sed claris usus,  
uirtus & natura Baptismi & Eucharistiae ex-  
primi debet:

### Euangelicus.

Ita sane Christus enim in coena non mu-  
sitar super panem, sed disertis uerbis Apostos-  
tis alloquitur, dum promissionem recitat, &  
mandatum adiungit, ut communis inter fide-  
les confessio edatur. A uestris sacerdotibus  
nunc

nunc loco prædicationis arcant exorcismi, magicis artibus, quam sacramentis aptiores.

### Papisticus.

Negatis etiam ut audio Sacerdotes seu Ecclesiæ ministros in Christianismo publicis ceremonijs cōsecrandos & Chrismate ungendos.

### Euangelicus.

Audi quid dicant nostri. Quod ad ceremonias legis attinet, manifestum est, eas reuelata Euangeliæ libertate abrogatas esse. Deinde cum Christus uerus sacerdos aduenerit, manifestum est etiam Leuiticum & Acheronicum sacerdotium sublatum esse.

### Papisticus.

Ergo ceremoniæ legis in consecrandis Sacerdotibus, non debent Ecclesiæ, aut ministris eius tanquam necessariæ obtrudic

### Euangelicus.

Recte sentis.

### Papisticus.

Ergo ab aratro ad publicū ministeriū Ecclesiæ fine omni consecratione irrumpere licet:

### Euangelicus.

Non, Legittima enim uocatio necessaria est, omnibus Ecclesiæ ministris, hi tādem sunt

consecrandi & declarandi publicis precibus  
& impositione manuum, Acto. 13.

### Papisticus.

Num Episcoporum consecrationem hoc tempore requirendam esse suadetis uestris Ecclesiae ministris?

### Euangelicus.

Minime. Nam eos, qui petunt ab ipsis consecrationem adigunt ad impia iuramenta de coelibatu, & de abnegatione ueritatis Euangeliae, & compellunt ad impia sacrificia Missarum pro uiuis & mortuis.

### Papisticus.

Eia ergo quare uestri ministri publicis ritibus declarandi sunt:

### Euangelicus.

Ne quis irrumpat in Ecclesiasticam functionem illotis manibus ab aratro aut tonstrina, Deinde ut his ritibus tam minister, quam ministerium eius, Ecclesiae suae commendetur. Postremo etiam ut his minister de legitima sua uocatione in aduersis admoneatur, & imbecillitati conscientiae suae medeatur.

### Papisticus.

*Quid*

Quid de eleuatione sacramenti in coena di- **Eleuatio**  
 cis nostri enim eleuant hostiam & calicem in **sacramen-**  
**ti.**  
 altum, & postea mouent dextrorum.

### Euangelicus.

At nostri docent hunc ritum leuiticum per  
 reuelationem Euangeli⁹ Christi abrogatum  
 esse, & coenam dominicam non esse sacrificium,  
 & Christum non iam primum offerri in coe-  
 na dominica, sed corpus & sanguinem eius se-  
 mel in cruce oblatum, per sacramentum coe-  
 nae dominicae distribui, audis nostrorum sen-  
 tentiam:

### Papisticus.

Audio quidem haec omnia, sed quid certi  
 inde colligis;

### Euangelicus.

Distribuuntur, inquiunt, non offeruntur.  
 Nec Christus in coena sua, corpus & sanguis  
 nem suum obtulit, sed postea in cruce offeren-  
 da, in coena distribuit. Adde etiam quod do-  
 cent, oblationem semel factam esse, distribu-  
 tionem autem manendam usq; ad nouissimum  
 huius seculi diem.

### Papisticus.

H s Ergo

Ergo res est plane inutilis iuxta uestram sententiam.

### Euangelicus.

Est quidē ritus elevationis in cōēna dominica cultus Dei inutilis, de quo genere cultus, Christus dicit: Frustra me colunt mandatis hominum. Christus enim nec fecit, nec facere iussit.

### Papisticus.

Credunt ne predicatorēs tui sacerdotem, etiam si malus fuerit & in peccato mortali uestrum Christi corpus consecrare posse?

### Euangelicus.

Huc pertinent patrum sententiae, cum dicunt, sacramēto nihil detrahi, neque perire quidquam de eius uirtute, qualiscunq̄ sit minister. Inde constituant, nihil esse absurdius, quam relinquere hoc in arbitrio, uel potius libidine impij ministri, ut Ecclesiam priuet Christi beneficio, quoties uisum fuerit.

## De Ecclesia.

ii. Locus  
de Ecclesia.

### Euangelicus.

**D**E Ecclesia & eius autoritate quid quod so dicitur.

Papist.

### Papisticus.

Dico, quemlibet Christianum teneri firmius  
ter credere, unam esse in terris uniuersalem  
Ecclesiam uisibilem, in fide & moribus errare  
non ualentem, cui omnes fideles, in ijs que sunt  
fidei & morum obedire astringi. Habes no-  
strorum de Ecclesia sententiam, Tu si quid  
melius nosti, in medium profer:

### Euangelicus.

Ecclesiam uniuerſalem esse & fuisse ab initio  
mundi, & fore usq[ue] in finē, confitemur omnes.

### Papisticus.

Ecquid ergo uobis nobiscum de hac re con-  
trouersiae est?

### Euangelicus.

De Aspectu, unde agnoscī queat, quæstio  
est. Eum constituimus in uerbo Dei, uel si quis  
malit, cum Christus eius sit caput, quemadmo-  
dum agnoscitur homo ex facie, ita illam in  
Christo intuendam esse dicimus.

### Papisticus.

Vbi hoc scriptum probabis?

### Euangelicus.

Math. 24. Vbi erit corpus, illuc cōgregabun Matt. 24.  
tur aquile. Et Ioan. 10. Erit unus ouile & unus Ioan. 10.  
pastor.

pastor. Cum ergo non semper emineat, pura  
uerbi prædicatio, nec semper conspicua sit  
Christi facies, inde colligimus non semper Ec-  
clesiam oculis hominum subiectam esse.

### Papisticus.

Etiam hic cupio ex te audire probationem  
eius, quod modo dixisti, haud enim credibile  
nostris uidetur.

### Euangelicus.

Id uerum esse, multorum seculorum exempla  
testantur. Nam Prophetarū tempore sic præ-  
ualebat multitudo impiorum, ut oppressa esset  
uera Ecclesia. Sic etiam Christi tempore uide-  
mus absconditū fuisse ab hominibus exigua  
um Dei gregem, cū impiorum nomine Ecclesiae sibi  
Reg. 18. usurparent. Helias putabat se solum restare ex  
Tessa. 2. Ecclesia. Et Paulus prædixit defectionem.

### Papisticus.

Ergo plane inuisibilis est Ecclesia.

### Euangelicus.

Statuimus uideri Ecclesiam, ubi apparet Chri-  
stus, ubi uerbum eius auditur, sicut scriptum  
est Ioan. 10. Oues meae uocē meam audiunt.  
Sepulta autem doctrina ueritatis, Ecclesiam  
simil euenascere ex oculis hominum.

Papisticus

## Papisticus.

Quid fatemini hanc Ecclesiam esse?

## Euangelicus.

Fatemur cum Paulo hanc Ecclesiam columnam & firmamentum ueritatis esse, quia custos est sanæ doctrinæ, eamque propagat suo ministerio ad posteros, ne intercidat in mūdo. Nā cum sponsa sit Christi, subiectam illi esse par est. Et hæc est eius castitas, non abduci à Christi simplicitate. *Ioan. 3. Ephe. 5. 2. Cor. 11.*

## Papisticus.

Non errat ergo!

## Euangelicus.

Non errat, quia Dei ueritatem pro regula sequitur, ab ea si recedit, sponsa esse desinit, &c sit adultera.

## Papisticus.

Nostrí docent ad Ecclesiam spectare, si quid controversiae in scripturis sacris aut dubijs oritur, ut definiet & determinet.

## Euangelicus.

Fatentur & nostri, si quod inter Ecclesiás dissidium exortum sit, hanc constituendæ concordiæ legitimam esse rationem, quæ semper obseruata fuit, ut creant pastores, atque

124

ex uerbo Dei definiunt, quid sequendum sit.  
**Papisticus.**

Quia autem ratione idem conuentus fieri debet:  
**Euangelicus.**

Si, ut negocium diuinum est, ita queretur gloria Dei, facile omnia explicabuntur. Si propterea gloria propria, cōmoda & expectentur, & defendantur, quomodo instaurari ueritas Christiana poterit: quomodo autem querent gloriam Dei h̄, qui inter se exspectunt?

**Papisticus.**

Præterea docent, multa esse credenda, quæ non sunt expressæ ac speciatim tradita in scripturis sacris, quæ tamen per traditionem Ecclesiæ sunt necessario recipienda.

**Euangelicus.**

**Heb. 1.**

Apostolus ad Heb. 1. inquit, Multifariam multisq; modis, locutus est olim Deus per prophetas, nouissime locutus est per filium suum dilectum. Doctrinæ uero Christi qualis fuerit expectatio in populo Israelitico, ostendit uox mulieris Samaritanæ: Messias cū uenerit, annunciat nobis omnia. In hac ergo doctrina standum est, in qua scimus perfectum ecclesiæ sapientiae complementum inclusum esse.

**Papisti-**

**Iohn. 4.**

### Papisticus.

Etiam ne idem senserunt ueteres?

### Euangelicus.

Ita sane. Nam & Augustinus iudicat non August.  
esse necessarium ad salutem quicquid prodi-  
tum scribituris non est. Quia si cognitu fuisset  
necessarium, Deus non omisisset. Et Chrysostomus Chrysost.  
mus dicit: Sicut Christus non a se ipso loqui se-  
testatus est, quia ex lege loquebatur & Pro-  
phetis, Ita si quid praeter Euangelium sub ti-  
tulo spiritus obtrudatur, ne credamus.

### Papisticus.

Insuper nostri dicunt Papam esse caput Ec-  
clesiae:

### Euangelicus.

Hoc falsum est. Nam Paulus diserte dicit, Ephe. 1:  
Christum esse caput Ecclesiae. Sed esse quen-  
dam inspectorem & praesidem constitutum  
consensu Episcoporum, ferri fortasse non pos-  
sit modo, sed utile etiam futurum sit.

### Papisticus.

Papam uolunt esse dominum, ut aiunt eti-  
am temporalium.

### Euangelicus.

Hoc fieri nequit, ut quatenus Episcopus est, Matth. 19:  
tempo:

temporalis dominus sit. Nam sic dicitur: Principes gentium dominantur, uos autem non sic.

### Papisticus.

Fuit ne Petrus simul Apostolus & piscator?

### Euangelicus.

Vt Papa etiam princeps sit distinctus administrationibus, aut Episcopus ut regat rem publicam, non tanquam Episcopus, sed tanquam princeps, ita fieri posse videatur, ut Petrus fuit pescator & Apostolus. Sed propter magnitudinem gubernationis unus utriusque uix sufficeret.

*Matth. 19.*

rit. Ideoque scriptum est: Ecce reliquimus omnia & secuti sumus te.

### Papisticus.

De iure excommunicationis docent, potest statem excommunicandi esse de iure diuino immediate a Christo Ecclesiæ concessam, & ob id magnopere timendas esse censuras Ecclesiasticas.

### Euangelicus.

Euangelium docet claves esse commissionem & autoritatem praedicandi beneficia Christi, annunciandi Euangeli, ministrandi Sacramenta, castigandi eos, qui in manifestis peccatis uiuant, ut audiant se non membra Christi, sed

sed diaboli & damnatos esse, nisi resipiscant.  
Item absoluendi poenitentes.

### Papisticus.

At nostri asserunt clavium potestatem pecuniariter esse Papæ traditam, ut sit dominus & iudex omnium Ecclesiarū, pastorum, Episcoporum, regum deniq; orbis terrarum in secularibus & spiritualibus negocj; , qui uult etiam omnes Episcopos à se ius accipere exercendi munieris sui, annexit ad claves licentia condendi traditiones humanas, instituendi novos cultus diuinos.

### Euangelicus.

Sed hæc omnia sceleratè impia sunt. Sic sacerdos Papa per excommunicationes terrenas distinctiones acquirere, reges stabilire & euertere. Euangelium non docet esse claves, potestatem condendi traditiones humanas, occupandi regna & imperia terrena, excommunicatione abutendi ad quæstum & incrementa dominationis & similis tyrannidis instrumenta.

### Papisticus.

Vt autem uestri prædicatores docent de Excommunicatione.

### Euangelicus.

I

Quem.

**Quemadmodum Ecclesiæ commissari esse excommunicandi potestatē docent, ita etiam rite utendi præfixam esse rationem:**

**Papisticus.**

**Quæ est illa ratio, dic mihi quæsor?**

**Euangelicus.**

Primum, ne iudicet, nisi ex ore Domini. Deinde ut ædificationi studeat, non destruccióni. Si secus faciat, nota est sententia Gregorij, priuilegium meretur amittere, qui permisso sibi abutitur potestate.

**Papisticus.**

**De qua Ecclesia loqueris?**

**Euangelicus.**

De externa Ecclesiæ facie. Nam uera Ecclesia, sicut Christi spiritu gubernatur, ita nunquam à regula uerbi ipsius in iudicando recedet.

**Papisticus.**

Sed sœpe contingit, ut qui ordinaria potestate funguntur in Ecclesia, tyrannidē pro legitimo iudicio exerceat, qd hic faciendū suades?

**Euangelicus.**

Hic tenenda est diligenter illa distinctio. Aliás frustra diceret Christus Apostolis: Ex Synagogis suis uos ejcident. Non est igitur timens

timendum, ne ab eo cœtu excommunicemur,  
à quo & Deus, & ipsius ueritas exulat,

### Papisticus.

De excommunicatione Papæ loqueris?

### Euangelicus.

Ita, Verum non tantum magnopere timen  
dura, sed præcipuo etiam studio cauendum  
est, ne ab Ecclesia excommunicemur, quæ uni  
tatis suæ uinculum habet, puram Dei doctri- *Esaie. 2.*  
nam. Non enim est salus extra eius commu- *Iohel. 2.*  
nionem. *Esa. 2. Iohel. 2. Ezech. 13.* *Ezech. 13.*

### Papisticus.

Quid tandem de Ecclesia concluditis, ean-  
dem ne uisibilem esse creditis?

### Euangelicus.

Est quidem Ecclesia Christi conspicua, sed  
fidelibus. Dominus enim Iesus ciuitatem suā  
in monte constituit, unde conspicī clare ab ihs  
omnibus possit, qui quidem uidendi, quæ Dei  
sunt oculos habent.

### Papisticus.

Ergo non omnibus conspicua est?

### Euangelicus.

Recte dicas. Sunt enim qui oculos habent  
accident, & uidentes tamen uidere quæ Dei

I 2 sunt,

130

sunt, non possunt, quia nec Deum oculis fidel  
uiderunt.

### Papisticus.

Attamen regenerationem spiritus, & fidem  
Christi, in se quidem uidere homini in hoc se-  
culo non licet:

### Euangelicus.

Verum est, A fructibus tamen filij Dei om-  
nem arborem bonam cognoscunt.

### Papisticus.

Qui igitur cœtus hominum pro Ecclesia  
Christi habendi sunt?

### Euangelicus.

Quicunque hominum cœtus nomen Christi  
confitentur doctrinamque Euangeli & Sacr*ta*<sup>2</sup>  
mentorum atque uniuersæ disciplinæ Christi  
iuxta institutum domini sinceram habent &  
exercent, atque complectuntur charitate Chri-  
sti, solidaque communione Christi cunctas &  
Ecclesias, & Ecclesiarum quarumlibet mini-  
stros & cæteros homines, quicunque cum ipsis  
in his quæ dominus tradidit, consentiunt,  
hæ omnino Ecclesiæ Christi nobis habendæ  
sunt.

De

# De Concilij.

## Papisticus.

**N**ostri scribunt & docent, Concilium <sup>12. Locus</sup> generale legittime congregatum, uni- <sup>de Conci-</sup> uersalem repræsentans Ecclesiam, in fidei & lijs. morum determinationibus errare non posse

## Euangelicus.

Christus promittit, se fore in medio eorū, qui fuerint cōgregati, sed in nomine suo, Mat. 18. Ergo non quibuslibet concilijs indifferenter habenda est fides, sed illis demum, quæ congregata fuisse in nomine Christi constabit:

## Papisticus.

Est ergo concilium in Christi nomine non congregatum:

## Euangelicus.

Est, & hoc futurum denunciarunt Apostoli, 2. Pet. 2. Quemadmodū fuerint in ueteri po- pulo Pseudoprophetæ, ita in uobis erunt falsi doctores Item clamant Prophetæ. Ierem. 6. Esai. 50. Ezech. 12. A Prophetæ usq; ad sacer- dotem, quisq; sequitur mendacium. Item spe- culatores eius cœci omnes, pastores nihil in- telligunt. Item, Coniuratio Prophetarum in

132

medio eius, sicut leonū rapientium prædam.  
Sacerdotes eius violauerunt legem, blasphemauerunt sancta.

Papisticus.

Quid inde colligis & concludis?

Euangelicus.

Cum huic malo obnoxia fuerit Ecclesia  
Israelitica, quæ uera erat Ecclesia Dei, cur nō  
idem nobis contingere possit?

Papisticus.

Vt aut̄ consulis, quo effugiamus periculum,  
ne falsam doctrinam pro uera suscipiamus?

Euangelicus.

Sic ergo cōstituimus consilii, quod in Christi nomine congregatū est gubernari à spiritu  
sancto, & eius directione duci in ueritatē. Quibus aut̄ non pr̄fideret Christus ea regi proprio  
sensu, & ita nihil posse, quam errare, & in errorem ducere. Et præterea cōstituimus, quædā  
sic regi Dei spiritu initio, ut postea obrepant  
carnis studium, quo à ueritate deflectant.

Papisticus.

Fatemini ergo iuxta saluatoris promissio-  
Matth. 18. nem. Matth. 18. In congregatione, quæ fit in  
nomine Christi, adesse Christum?

Euan-

### **Euangelicus.**

Fatetur, sed nemini damus potestatem, contra scripturas quicquam statuendi in Ecclesia Dei, neminem recipimus, qui uenit in nomine proprio, Ioan. 5. & qui à seipso, & Ioan. 5. non ex patre loquitur.

### **Papisticus.**

An unquam concilia errasse dicitis?

### **Euangelicus.**

Sæpe errauerunt. Homines ubiq; homines etiā in cōcilijs. Deinde illud retinendū est, qd etiā D. Augustinus sensit quicquid homines, quantumuis docti & sancti, singuli seorsim, uel coniunctim uniuersi statuerint, tamē non ideo uerū credi debere, quod ab ipsis ita statutum sit, sed quia quod statuerint, certis etiam scripturis, atq; rationibus comprobauerunt.

### **Papisticus.**

Da mihi exemplum concilia etiam genera-  
lia errare posse?

### **Euangelicus.**

Apostolica doctrina uult Episcopum esse unius uxoris maritū. Est concilium quod Episcopis usum sacri connubij interdixit. Cyprianus in concilio quodam, ubi confidebant 86.

Episcopi de baptismo hæreticorum male docuit, errauerunt cum eo plerique omnes Aphrodisiæ, Numidiæ & Mauritaniae Episcopi. Extat & lapsus synodi omnium maxime Chalcedonensis.

### Papisticus.

Vt autem probabis ex scriptura sacra hominum tam doctorum quam sanctorum certum posse errare, hallucinari & labiri.

### Euangelicus.

*Roma. 3.* Ad Roma. 3. inquit Paulus: Deus unus uerax est, omnis autem homo mendax. *1. Cor. 2.* Animalis homo non percipit quæ Dei sunt, nec potest quidem ea capere. Stulticia enim est. Spiritualis uero diuidicat omnia, Spiritus enim omnia perscrutatur, etiam profunda Dei. Constat ipsisdem & illud, Christianos qui cunq[ue] in terra adhuc a domino peregrinantur, sicut peccatum, ita & errorem habere, eoque subinde hallucinari & labiri.

### Papisticus.

Habes ne exempla sacræ scripturæ, sanctos iudicio fidei recte iudicare carnis non item.

### Euangelicus.

*Math. 16.* Habeo, quæ tibi dicam. *Matth. 16.* Petrus *codem*

codem prope tempore, reuelatione patris ac  
confessione Christi beatus, & sensu studioq;  
carnis miser, Christiq; aduersarius erat.

### Papisticus.

Verum est hoc quidem, quid tu autem in-  
de colligisc;

### Euangelicus.

Sicut clauiger regni cœlorum atq; minister  
Christij sapiens ex diuina reuelatione consti-  
tuebatur, ita humana ratione dum sapiens esse  
vult, ut Satan à domino, utpote qui ei scanda-  
lo esset, repellebatur, sed audi dicam tibi ade-  
huc unum:

### Papisticus.

Dic quæso, & si plura habes, audiam om-  
nia lubentissime:

### Euangelicus.

At Galat. 2. Petrus & Barnabas, & Iudæi Galat. 2.  
pleriq; omnes qui erant in Ecclesia Antioche-  
na, dum libertatem Euangelij dissimulant, ue-  
ritati offensionem indignam fratribus, qui à Iac-  
obo uenerant, non recto pede ad ueritatem  
Euangelij ambulabant, quem errorem Pau-  
lus, reprehenso palam Petro, correxit.

### Papisticus.

Mirum sane est etiam pios errare, quod nobis hactenus incredibile uisum est.

**Euangelicus.**

Ideo Spiritus sanctus in sacræ scripturæ monumentis extare uoluit, ut inde nos discerimus quod D. Petro, quod Barnabæ, principis in Apostolos, quodq; cæteris p̄hs uiris rā multis accidit, ut non recto pede ad ueritatē Euangelij ambularent, & necessario corrigenda admitterent, id ipsum etiam alijs omnibus, quo cunq; fastigio in Ecclesia collocentur, quibus cunq; titulis insigniantur, accidere posse, nec tantum cū soli sunt, sed etiā quando cōiuncti.

**Papisticus.**

Ergo nulla prorsus concilia admittitis, sed omnia contemnitis?

**Euangelicus.**

Minime, approbamus quæ uere sunt concilia, sed Deum supra concilium statuimus. Deinde dicimus concilio non licere citra scripturæ suffragia quicquam imponere Ecclesiæ.

**Papisticus.**

Licet ne Christianis spiritum conciliorum iudicare?

**Euangelicus.**

Licet,

Licet, Ioannes enim 1. cap. 4. iubet probare spiritus, num ex Deo sint. Nam Spiritū sanctum, alunt nostri, concilij auctorē esse. Quam autē probandorum spirituum regulam habebimus, præter uerbum Dei: Hoc cum sit certum, uerum, purgatum septuplum, & lucerna in loco obscuro, Lydius nobis lapis erit ad probandas omnium hominum doctrinas.

### Papisticus.

Debent ergo ut audio concilia conuenire cum sacris literis:

### Euangelicus.

Ita sane, Nam si Spiritus sanctus concilia moderatur, atq; ille idem ueritatis spiritus, Apostolos omnem ueritatem docuit, Apostoli prædicarunt & nobis tradiderunt, necesse est, ut constitutiones conciliorum cum Christi & Apostolorum doctrina, hoc est, sacris literis conueniant.

### Papisticus.

Necq; etiam creditis Papam summum esse pontificē iure diuino in Ecclesia militante, cui omnes Christiani parere tenentur, qui quidem potestatem habet indulgentias conferendis.

### Euangelicus.

Minime

*Minime credimus, Sæpe enim de Christo  
uniuersali capite meminit scriptura, de Papa  
nusquam Ephes. 1. 4. 5. Colos. 1. & 2. Hono-  
rem & nomen capitis soli Christo relinquent.*

*Ephe. 1.  
Coloss. 1.*

### Papisticus.

*Non alia ut audio scripta admittitis in uer-  
bris Ecclesijs, quam scripta ueteris & noui te-  
stamenti.*

### Euangelicus.

*Ita, Nam Deus omnia quorum cognitio  
aliquid momenti adferat ad pietatem & salu-  
rem nostram abunde in sacris scripturis tradis-  
dit, Scriptura enim sacra utilis est ad docen-  
dum quæ uera sunt, ad confutandum quæ fal-  
sa, ad corrigendum quæ prava, ad instituen-  
dum quæ recta sunt.*

### Papisticus.

*Sed nostri dicunt scripturam sacram sic ob-  
scuram esse, ut humana scientia illustrari sic  
necessere, quid uos dicitis?*

### Euangelicus.

*Nos contra dicimus blasphemiam esse hor-  
rendam in Spiritu sanctum, ita de sacra scrip-  
tura temere iudicare. Psalm. enim 19. canit.  
*Psal. 19.* doctrina Domini simplex est, & animam resti-  
tuit,*

tuit, testimonium domini solidum est, sapientes reddit etiam rudes. Præceptum domini puerum illuminat oculos. Psalm. 119. Lucerna *Psal. 119.*  
est pedibus meis uerbum tuum, & lux semitis meis,

### Papisticus.

Quid inde certi colligitis?

### Euangelicus.

Cum per sacrarum scripturarum testimonia, cætera in religione comprobari omnia & demonstrari necessum est, ipsa sint omnium quæ de religione præcipi possunt, certissima & clarissima oportet. Deinde adeo claram, lucidam & explicatam scripturam sacram esse colligimus, in præceptis quæ ad salutem necessaria sunt, ut nemo quamvis cætera ruditæ hæc non facile percipere possit, siquidē Christo uerè & credat & uiuere cupiat.

### Papisticus.

Quid autem sentiunt de sanctis patribus, num illos plane reijciunt?

### Euangelicus.

Minime, manifestum enim est Sanctos patres nec aliquid magis dignum in Ecclesia, quam scripturas sacras iudicasse, & sicut fecit

140

fecit dominus, sicut fecerunt Apostoli, ita etiam constat Sanctos patres, ad legem, ad Prophetarum & Apostolorum scripta semper remisisse oes, quos in doctrina religionis instituendos suscepereunt.

### Papisticus.

Vos etiam dicitis Apostolos doctrinam pietatis perfectam tradidisse, hoc si ita est, sequitur in Ecclesijs nihil esse legendum quam sacras scripturas?

### Euangelicus.

Verum est, & pie ita sentiunt, nempe doctrinam religionis nostrae a Christo domino Apostolis perfectam esse traditam, cui nec adiungi quicquam nec detrahi, & in qua nihil immutari possit: & Apostolos, quam acceperunt, perfectam item tradidisse Ecclesijs, quas institerunt. Ideo nullus iam extat liber alius quam sacrarum scripturarum, ex quo certo cognosciposset, quid uel Christus dominus Apostolis uel Apostoli Ecclesijs tradiderint, & ex quo doctrina pietatis omnis desumenda est, & conservanda.

### Papisticus.

Attraueni ueteres aliquor canones receperunt, quas adhuc seruamus?

Euana

### **Euangelicus.**

Est ut dicas, sed illos receperunt, qui scilicet ex ipsis diuinis scripturis omnino & dare de sumptu sunt uel diserte in illis traditi, ut ad uerbum: *P*ressi aut certe euidenter ex illis con dus. Cetera non aliter ab Ecclesia Dei admis sa sunt, quia ut apud ecclesias, & singulos Christianos tantum ualeant, quantum autores eorum ex diuinis scripturis & rationibus probabilit bus persuaserint, ut D. Augustinus recte docet.

### **Papisticus.**

Ergo extra diuinam scripturam nemini licet aliquid præcipere aut statuere?

### **Euangelicus.**

Bene dicas, Nullis enim Episcopis uel singulis, uel uniuersis, quantumuis magna illi excellat uel dignitate uel opulentia spiritus licet præcipere, aut statuere aliquid, quod non antea in Ecclesia traditum sit a Christo ipso & Apostolis, adeoque singulorum & uniuersorum est ex scripturis omnia sua proferre & confirmare.

### **Papisticus.**

Vt tandem locum de Ecclesia concludis?

### **Euangelicus.**

Ecclesia Christi solo uerbo & spiritu Dei nititur

nitur, autoritate uerbi non patrum nititur.  
Vbicunque enim duo uel tres in nomine Christi  
Matth. 13. si conuenerint, Matth. 18. promisit dominus  
ipse medium se inter hos futurum.

### Papisticus.

Vera huius Ecclesiæ Christi membra exte  
audire cupio.

### Euangelicus.

Quicunque scilicet renati uiuant in Christo,  
& deinceps cum adulti sunt, religiose uerbum  
Dei audiunt, credunt, fidemque suam in Ecclesie  
confitentur, Christo & Ecclesiæ feso addi-  
cunt, sacros conuentus adeunt, religiosis actione-  
ribus frumento omnibus, selecque dedunt uniuersal-  
sæ disciplinæ Christi, & cōmunicant in Christo  
cum omnibus eandem fidem & religio-  
nem recte profitantibus.

### Papisticus.

Qui sunt ueri Ecclesiæ ministri?

### Euangelicus.

Nimirum qui pure administrant, que Christus præcepit.

### Papisticus.

Sunt ne pares in ministerio Ecclesiæ?

### Euangelicus.

Non,

Non alij sunt fideles, qui ædificationem fia-  
dei in Christo toto corde quærunt, & conana-  
tur extruere. Alij infideles, qui sua quærunt,  
que Iesu Christi sunt in ministerio nō spectat.

### Papisticus.

Possunt ne hi, qui Ecclesiam Christi repræ-  
sentant iudicare & statuere?

### Euangelicus.

Possunt quidem, sed iudicando & statuen-  
do uerbum Dei sequi debent. Omnis enim au-  
toritas, & singulorum ministeriorum Ecclæ-  
siæ & conciliorum, tam plenariorum quam  
provincialium, adeoq; uniuersæ Ecclesiæ Chri-  
sti, uerbo & spiritu Dei nititur.

## De Traditionibus

humanis.

### Papisticus.

**R**Eferam tibi porro nostrorum senten- 13. Locus  
tiam de traditionibus seu constitutio= de traditio-  
nibus humanis, in qua scio uos nobiscum non nibus hu-  
conuenirec manis.

### Euangelicus.

K

Verum

144

Verū est. Nam uos maiora huiusmodi tradi-  
tionibus attribuitis, quā sacra scriptura.

Papisticus.

Nostri docent constitutiones Ecclesiasticas  
uere obligare in foro conscientiae, etiam omni  
scandalo secluso.

Euangelicus.

Quae sunt illæ constitutiones?

Papisticus.

Ieiunium, delectus ciborum, abstinentia  
carnibus, uestitus, coniugij interdictio, ordo  
sacer, Imagines, & tituli sancti, supplicatio-  
nes, aliaeque multæ.

Euangelicus.

Sed Euangeliū prohibet institui cultus  
diuinos, sine uerbo & mandato Dei.

Papisticus.

At nostri uehementer urgent hoc, nempe  
opera sine uerbo & mandato Dei, electa ab  
hominibus, esse singularem & sanctum cultum  
illius, pronunciant hanc esse Christianismi per-  
fectionem, & transgressores traditionum sua-  
rum perpetuis supplicijs addicunt.

Euangelicus.

Sed est ingens impietas & horribile peccas-  
tum,

tum, audacia & temeritas opus aliquod com-  
miniscendi & Deo præstituendi, quod ille non  
possit improbare & alligare benignitatem &  
gratiam ipsius ad tale opus uoluntarium.

### Papisticus.

Sentient ac docent huiusmodi opera esse  
meritoria & satisfactoria pro peccatis.

### Euangelicus.

Aduersus errores hos clamat Spiritus san-  
ctus: Frustra colunt me mandatis hominum.  
Deus enim non uult, ut nos cultura diuinum  
instituamus, aut exerceamus, aut alijs propo-  
namus, absq; uerbo & mandato ipsius.

### Papisticus.

Sed est tamen præclara res & pulchra spe-  
cies ordinationum & constitutionum Eccles-  
iasticarum.

### Euangelicus.

Verum est, sed hoc quoq; certū est, Deum  
nō posse pati, nec uelle, ut homines quasi in dia-  
tionem ipsius intrudant & regnum ipsius occu-  
pent. Ipse solus sibi condere cultus suos uult.  
Non uult, ut uerbi ipsius intueri & spectare  
desinimus, & sequamur opinionū propriarū  
comenta, unde maximi errores existere solēr.

**Papisticus.**

Est Canon, qui pontificū constitutiōes & quāt  
Euangelij, nec Euangelia contendit utiliter  
retineri, nisi patrum quoque statuta seruentur.  
**Euangelicus.**

Hic Canon, qui patrū constitutiones Euan  
gelio æquat, palam impius est. Nam cur quæ  
so ceu fidei articulum reciperem, quod scrip  
tura divinitus inspirata non habet? Deinde iu  
stificare probare spiritus num ex Deo sint. Pater  
etiam coelestis Ecclesiæ suæ doctorem, præfe  
cere filium unigenitum dicens: Ipsum audite.  
Deut. 18. Posuitque verba sua in ore eius; Vltor futurus  
Ioan. 7. eorū qui huius doctoris doctrinā respuerint,  
qui dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius,  
qui misit me. Est & unus legislator, ut inquit  
Iacobus cap. 4. Hunc soli uult & pareamus.

**Papisticus.**

At nostri dicunt, non omnia necessaria sci  
tu ad salutem in canoniciis literis esse expressa,  
sed Spiritus sanctus subsecutus temporibus  
reuelasse multa salutaria patribus nostris:

**Euangelicus.**

Vnde id probant?

**Papisticus.**

Ioan.

Ioan. 16. Multa habeo uobis dicere, sed nō Ioan. 16.  
potestis modo portare. Item, Qui non audie-  
rit Ecclesiam, sit sicut ethnicus. Ergo Papa po-  
test cōstitutiones facere, necessarias ad salutē.

### **Euangelicus.**

Hęc uerba Ioan. 16. non stabiliumt cōstitutio Ioan. 16.  
nes humanas, Promissionem enim suam Deus  
impleuit in die pentecostes, quādo misso spiri-  
tu ueritatis, duxit discipulos in omnem uerita-  
tē, quā ante hoc tempus portare nō poterant;

### **Papisticus.**

Audiam te porro hac de re. Nam nostri nō  
mis acriter hunc articulum urgent.

### **Euangelicus,**

In Euangelio omnia scripta sunt, quae ad illam Christianam pertinent, & in canoniceis li-  
bris satis superq; continentur, quae ad salutem  
scitu necessaria sunt. Christus enim est æterna  
patris sapientia, uia, lux & ueritas, quem fir-  
miter credimus, & uoluisse & dedisse Ecclesiæ  
suę doctrinam non mutilā & mancam aut in-  
stabilē, sed solidā, perfectā & immutabilē, cui  
nō opus sit, quicq; addere uelut supplementū.

### **Papisticus,**

Habes ne huius testimonia scripturæ sacræ:

K 3 Euan-

**Euangelicus.**

**2. Timo. 3.** Habeo quidem per multa, Apostolus inquit,  
Omnis scriptura diuinitus inspirata est utilis  
ad doctrinam &c. Deinde dominus ubiq; obe-  
**Deut. 12.** dientia urget. 1. Samuel. 15. Obedientia me-  
lior quam uictimæ. **Deut. 12.** Quod præcipio  
**Deut. 4.** tibi, hoc obseruabis, ut facias. Non addes  
quicquam, nec minues. **Deute. 4.** Non faciat  
**Ierem. 7.** quisq; quod sibi bonum uidebitur, sed quod  
præcipio tibi, hoc tantum facito. **Iere. 7.**

**Papisticus.**

Vis ergo nullas hominū leges esse seruandas?  
**Euangelicus.**

Minime hoc dico, De ciuilibus enim legi-  
bus aut constitutionibus non loquor, scio po-  
testatis secularis leges esse seruandas propter  
conscientiam, habent enim robur ex iure di-  
uino. De hominum decretis loquor, quibus  
conscientias obstringere uolunt.

**Papisticus.**

Ergo constitutiones Episcoporum, qua  
conscientiam non diuerant admittis?

**Euangelicus.**

Sane admitto, quæ ad pacem publicam &  
uitæ conseruationem tranquillam pertinent,  
tantum

Tantum reñcio leges, quibus uel præcipiunt,  
uel uerat sub peccato mortali extra legē Dei.

### Papisticus.

Cur ita, age dic mihi quæso. Nam cupio  
doceri.

### Euangelicus.

Nam solus Christus, uel uerbum in con-  
scientia regnare debet, qui solus seruare &  
perdere potest. Matth. 10. in cuius manu sunt Matth. 10.  
peculiariter animæ.

### Papisticus.

At nostri docent humanas constitutiones  
multum facere ad iustificationem. Præparant  
enim ad facilius obediendum Deo.

### Euangelicus.

Nihil est, quod animum ad seruandam Dei  
legem queat præparare aut formare, præter  
Christi gratia. Cur ergo ad tantam gratiam  
nostras quoq; paleas iungimus?

### Papisticus.

Potes ne hanc tuam sententiam, scriptura  
sacra probares?

### Euangelicus.

Possum euidē, Nam Apostolus Paulus ad  
Gala. 1. Anathema pronunciat uel hominem Galat. 1.

K 4 uel

**1. cap. 3.** uel Angelum, qui ausit aliud Euangelium  
**Deut. 12.** prædicare. Et ad Corinthios fundamentum  
**Matthæi** aliud nemo potest ponere &c. Si ad legem  
**ultimo.** Mosi nemo addere debeat, cur adderemus  
 Euangeliō: Et Christus inquit: Docete omnes  
 gentes, seruare oīa quæcunq; præcepi uobis.

### Papisticus.

Sequitur inde conscientias hominum nullis constitutionibus, aut ullis hominum legibus astringendas esse.

### Euangelicus.

**Galat. 5.** Est sanē ut dicis. Nam D. Paulus nephas esse  
**Coloff. 2.** pronunciat conscientias ullis hominum legibus obstringi. In libertate igitur, qua Christus  
 nos liberavit, state, & ne rursus iugo servitatis implicemini. Item, Quid decretis tenemini,  
 quasi uiuentes in mundo &c.

### Papisticus.

Habetis fortassis etiam causas aliquot cur traditiones hominum non sunt recipiendae?

### Euangelicus.

Duas tibi præcipuas recensabo. Violatur imprimitis spirituale Christi regnum, & suum illi ius in animas eripitur, cum hoc usurpant homines, ut sibi liceat conscientias, suis ipsorum

rum legibus obstringere. Præterea abomina-  
tio est coram Deo, cultum illi fingere, quæ non  
requirat, uel ab hominibus absq; eius uerbo  
confictum amplecti, Esai. 29. Matth. 15. Fru-  
stra me colunt &c.

*Esaiæ 29.  
Matth. 15.*

# De Ciborum

delectu.

Papisticus.

**N**ostri docent etiam, non licere quolibet <sup>14.</sup> Locus  
die, quibuslibet uesci, & necessarium <sup>de discris-</sup>  
esse dicunt, ut sexta & septima septimanæ qua- <sup>mime cibo-</sup>  
tuor angariæ temporibus, & per quadrage- <sup>rum.</sup>  
simam ab esu carnium abstineamus, qui secus  
fecerit, citra diploma pontificium, aut suppli-  
ces libellos legatorum sedis Romanæ pecca-  
bit, male Christianus, Imo impius censabitur.

Euangelicus.

De ciborum delectu habemus Pauli doctri-  
nam Coloff. 2. Nemo uos iudicet in potu aut <sup>Coloss. 2.</sup>  
cibo. Roma. 14. Regnum Dei non est esca & Rom. 14.  
potus. Et Christi uocem, Matth. 15. Quod in- <sup>Matth. 15.</sup>  
greditur in os non coquinat hominem. Et 1. Tim. 4.  
Paulus 1. Timo. 4. Ex spiritu sancto prædicet

uenturos impostores, qui diaboli instinctu prohibeant usum ciborum, quos Deus creauit.

### Papisticus.

Vos inde facitis liberum quo quis die esum carnium, sed apud nos asperius punitur, qui carnem die ueneris gustauerit, quam qui in toto anni cursu absidue scortatus fit.

### Euangelicus.

Ideo propter uestras traditiones irrita facitis mandata Dei. Nos ex certo uerbo Dei scimus libere licere creaturis uti, ut est in origine omnium creaturarum, ubi Deus dedit primis parentibus & porro Noe liberum usum creaturarum ad uescendum sine discriminione.

### Papisticus.

**Leuit. 11.** Attamen in lege ueteri, **Leuit. 11.** & **Deut. 14.** **Deut. 14.** ciborum delectus Iudeis sub Mose prescribitur, ut ipsis non liceret uesci quibuslibet:

### Euangelicus.

Facta est distinctio ciborum solis Iudeis, ut essent notae inter populum Dei & Idolatras gentes. Postea illud discrimen sublatum est. **Acto. 10.** & reddita est libertas etiam Iudeis sine discriminione, ita tamen, ut cum oratione sumamus, id est, cum invocatione & gratiarum actione.

Papisti

### Papisticus.

Ergo & Mosen ut audio non auditis, qui est autor discriminis ciborum:

### Euangelicus.

Nos Christiani qui iubemur in libertate, in quam nos Christus adseruit, stare, nec rursus iugo seruitutis submittere colla, audire debemus, quid Christus magister & dominus noster dixit, Matth. 15. Non quod ingreditur in Matth. 15. os &c. Quia Christi uerba tollunt delectum ciborum, ut carnibus uel piscibus uesci liceat in nouo Testamento ultra peccatum,

### Papisticus.

At nostri obijciunt Hieronymum & alios patres:

### Euangelicus.

Patres nunc ea fuerunt cecitate, ut sibi magis quam scripturis credi uoluerint. Non contemnit ergo patres, qui patrem omnium in glorificatione conatur, qui in re conscientia Deo magis quam homini obediendum censet, non contemnit homines, sed Deum magnificat, hominum atque angelorum dominum.

### Papisticus.

Sed est tamen scandali ratio habenda:

Euange-

**Euangelicus.**

**Roma. 14.** Iuxta Apostoli doctrinam, Roma. 14. Infirorum habenda est ratio, ut qui uescitur, non uescentem ne despiciat, & qui non uescitur, uescentem ne iudicet, & non uult fratrem, abusu nostrae libertatis contristari, & cibo perdi, pro quo Christus mortuus est.

**Papisticus.**

An non cibus sanctiores facit?

**Euangelicus.**

**Roma. 14.** Minime. Paulus enim ad Roma. cap. 14. inquit: Scio, & in conscientia mea certus sum, per fidem meam in Christum, ex quo haec dixi, nullum cibum esse communem, id est, tabem qui immundos faciat, nullus cibus est, in quo peccari possit, quod si eo abutor, non cibi, sed mea est culpa. Omnia enim munda sunt mundis. **Titum. 1.**

**Papisticus.**

Cur ergo Iudæi communes cibos appellabant impuros?

**Euangelicus.**

Quia Ihs uesci non licebat, Sed Christianis, quoniam haeredes sunt Christi, cuius est terra & plenitudo eius, nihil est impurum, sed omnia pura

355

pura puris. Titum 1. Hinc dominus ad Pe- Titum 1.  
trum: Acto. 16. Quod Deus purificauit, tu Acto. 16.  
commune ne dixeris. Gene. 1. Vidi Deus, & Gene. 1.  
omnia erant ualde bona.

### Papisticus.

Sequitur inde abstinere à carne certis & or-  
dinatis diebus non esse opus meritorium?

### Euangelicus.

Minime. D. Paulus enim ad Roma. 14. ait,  
Non est regnum Dei cibus. Q. D. neque per Rom 4. 14.  
hoc, neque alia externa saluaberis, nihil refert  
coram Deo, siue pisces, siue carnes edas 1.  
Corint. 8 Esca uos non commendat Deo. Et 1. Cor. 5.  
Christus dicit: Regnum Dei non uenit cum  
obseruatione.

### Papisticus.

Sed Diuus Bernhardus ex hoc Pauli loco  
ieiunium & ciborum abstinentiam approbat:

### Euangelicus.

Quid ille senserit ex hoc loco uideret ipse,  
Nostr*i* simpliciter dicunt, nullum externum  
opus facere nos Christianos. Nam Christianas  
num discimus ab internis, & regnum Dei es-  
tia intras. Fides iustificat, & quietat consciencias.

Papisti.

**Papisticus.**

Ergo uobis liberum est quibuslibet uestiis?

**Euangelicus.**

Est quidem liberum, & scimus in nulla re media nos peccare, tam charitas nos continet, ne quid insolentius faciamus in fratre. Sicut enim ueritas Christianos uere liberos facit ab obsecrationsibus legalibus, ita charitas seruos facit.

**Papisticus.**

Sed uestri auditores, libertate male intellecti, obijcunt, decere, ut illa libertas de claretur apud alios:

**Euangelicus.**

Illis respondemus, non opus esse talis fidei ostentatione, si proximo periculum immittat, Nam satis fuerit eam Deo esse notam.

**Papisticus.**

Potestis igitur citra iacturam abstinere tuis uestris libertatis?

**Euangelicus.**

Possimus, quia regnum Dei non est in illis rebus positum, sed quae uel ad erigendum uel ad conseruandum Dei regnum pertinent, nullo modo sunt omittenda, quæcumque tandem sequantur offenditores.

De

# De Ieiunio.

Papisticus.

**N**e etiam ieiunandum certis diebus <sup>15.</sup> Locus  
iub præcepto, aut ieiuniorum obserua de ieiuni-  
tiones seruandas esse docetis?

Euangelicus.

Vita nostra militia est teste Job. 7. assidue Hiob. 7.  
cum tarne domes<sup>tico</sup> hoste conflictandum, ne  
rapula saginatus aduersus spiritum præua-  
leat. Cauete uobis, ait Christus, ne grauentur **Luce 21.**  
corda uestra rapula & ebrietate &c. Et D.  
Paulus iubet abhincere opera tenebrarum. **Roma 13.**

Papisticus.

E quid boni inde colligis nonne hic ieiunium  
se præceptum audis?

Euangelicus.

Hic spiritus sanctus non præscribit ullū di-  
em, tantū dicit, carni curam ne agatis ad con-  
cupiscentias, uolens nos ad profliganda tene-  
brarū opera, nō uno aut altero die, sed cōtinue  
abstinere à commessionibus & ebrietatibus.

Papisticus.

Ergo nostrum ieiunium negatis esse Chri-  
stianum,

stianum, cum aliquid horas à cibis abstineamus, & reliquis diebus genio indulgemus ampliter, uentrem pro Deo colentes?

**Euangelicus.**

Paulus admonet nos nostræ conditionis ad  
**Tess. 5.** Thessalo. 1. cap. 5. inquit, Nos filii lucis sumus ac filii dici, sobrii simus. Idq; non iubet aliquot duntaxat dieculas, sed totum tempus intelligit, quo corpus peccati circumferimus. Ideo saturum illud & crapulosum ieunium, quod meriti uice domino uelut exprobratis, ingenuetanq; sordidæ hypocrisæ rejecimus.

**Papisticus.**

Cur quæso, age dic mihi rationem?

**Euangelicus.**

Quia nihil facit ad mortificandam carnem, cum obseruationes ieuniorum ad exercitia pietatis & refrenandas cupiditates instituantur, non sunt hæc retia misericarum conscientiarum. Vis igitur tibi dicam uerum ieunium?

**Papisticus.**

Ex animo audire desidero, siquidem etiam recte ieunare discam?

**Euangelicus.**

**Ezai. 58.**

Ezaias cap. 58. indicat nobis quod nam ieunium

ieiunium dominus uelit: Nunquid hoc erit ie-  
junium quod eligam, die ut affigat homo ani-  
mam suam: &c.

### Papisticus.

Vt autem hunc Prophetæ locum ad nos-  
trum institutum refers?

### Euangelicus.

Hic audis castigandum quidem corpus esse,  
patum tamen utilem externam afflictionem  
1. Timo. 4. Nisi ad mentis ieiunium ordina- 1. Tén. 4.  
ueris, id est, ad abstinentiam à prauis affecti-  
bus, ab auaritia & immisericordia.

### Papisticus.

Posthac quidem ita ieiunabo, si ad hunc mo-  
dum recte ieiuno:

### Euangelicus.

Non est tibi necessarius ciborum delectus,  
nisi domande carnis ratio hoc efflagitárit: ab-  
stines enim & paucissime uteris quocunq; ci-  
bo, tantum ad naturam sustentandam, carni-  
bus item & piscibus uti poteris, quanquam &  
pisces carosunt, Plinio & Apostolo testibus. 1. Cor. 10.

### Papisticus.

Ergo non plane ieiunium, ut audio rejec-  
tis, sed abusum ieiunij:

### Euangelicus.

Recte dicas, Ita enim nostri doctores Ecclesiarum docent, nempe uerum ieunium, & ex fide suscepsum oportere suscipi ultronea uoluntate, ueraq[ue] poenitentia, & pio studio supplicandi Deo, non necessitate ulla legis, non consuetudine humana, alioqui nō solum, nullius apud Deum haberi momenti, sed esse etiam abominationem.

*Ezai. 1.58.*

### Papisticus.

Sed supra dixisti, si recte memini, hanc uoluntatem ieunandi, poenitentiam, & studium Deo supplicandi, non posse ullis præceptis, quæ foris adhibeantur, excitari.

### Euangelicus.

Verū est, Nō enim lege, sed ex auditu Euangelij spiritum Christi accipimus, Galat. 3.

### Papisticus.

Negatis etiam, Dominum ipsum Christum, Apostolos, aut etiā post eos sanctos patres ultimum diem certum ieunijs lege præscripsisse?

### Euangelicus.

Negamus quidem, sed hortati tantum sunt Ecclesia, & singulos Christianos ad pie ieunandū, cōsciētis interim nulla lege obstrictis: Ergo

Ergo decet ministros noui Testamenti diligenter cohortari et invitare populum ad pia ieiunia  
anno **Papisticus.**

Quia quæso de causa quadragesimalem obseruationem à priscis patribus institutam esse dicentes.

### **Euangelicus.**

Vt si qui per reliquum anni tempus in aliis grauiora peccata incidissent, aut securius uiuissent nulla iusta peccatorum suorum poenitentia tacti, aut alias remissius in religione egissent, quod malum utrumque quam plurimos ihuadere solet, hi isto tempore per crebriores & grauiores contiones, atque religiosiores totius Ecclesiæ supplicationes, tum etiam per exempla eorum, qui studio pietatis plus arderent, operibusque poenitentiae illis diebus securius incumbenterent, ad solidam peccatorum poenitentiam, & ad uiua pietatis studia extarentur & accenderentur, quo & ipsi se religiosis ieiunis atque præcibus addicerent.

### **Papisticus.**

Hoc quidem ieiunium potest fieri sine discripnione ciborum:

### **Euangelicus.**

**Euangelium** docet præcio redimentibus  
concessum quibuslibet uesci cibis, omnibus ie-  
juniorum diebus, carnibus aut ouis.

**Papisticus.**

Vnde quæso inoleuit consuetudo non uesa-  
cendi carnibus quarta & sexta septimanæ?

**Euangelicus.**

A ueteribus. Veteres enim in plerisque Eccle-  
sijs quarta & sexta septimanæ iejunare con-  
fueuerant, quibus diebus nonnulli postea &  
sabbatum adiecerunt, Hinc mos inoleuit, non  
uescendi his diebus carnibus aut ouis. Veteres  
enim in diebus iejuniorum his cibis abstine-  
bant, quanq[ue] non tantum his, sed etiā piscibus, et  
omnibus delicioribus escis, uti etiam uino.

**Papisticus.**

Etiam ieunia damnatis, si aliqua fiducia in  
ea ponatur apud Deum.

**Euangelicus.**

Dicimus tale ieuniū, rem esse plane frustra-  
neam & ingratam Deo, ut ipse testatus est  
*Esaiae. 58.* Quinetiam abominandam, si alia  
qua meriti fiducia in ea apud ipsum ponatur,  
*Esaiae. 1.* quod item ipse testatus est. *Esaï. I.*

**Papisticus.**

A qui

A quibus inuenta sunt nostra ieiunia, id est  
exte etiam scire percupio?

### Euangelicus.

Innocentius eius nominis primus constituit  
ieiunium sabbati. Gregorius eius nominis sep-  
timus in concilio Romæ habito, Anno M.  
LXXIII Christianis sabbato die carnem  
edere prohibuit Calistus eius nominis primus  
ieiunium quatuor temporum instituit. Et Te-  
lesphorus eius nominis primus quoque septem  
hebdomades ante Pascha, ieiunium præcepit.  
Montanus leges ieiuniorum primus instituit.

175.

Eusebius  
est testis.

### Papisticus.

Est ne idem in sacra scriptura institutum &  
præceptum;

### Euangelicus.

Augustinus inquit, Ego in Euangelicis &  
Apostolicis literis, totoque instrumento, quod  
appellunt nouum Testamentum, animo id re-  
volvens, video præceptum esse ieiunium, qui-  
bus autem diebus non oporteat ieiunare, &  
quibus oporteat præcepto Domini uel Apo-  
stolorum non inuenio definitum &c.

L 3 De

# De dierum di-

scrimine.

## Papisticus.

**18. Locus de dierum discrimina-** **N**ostri doctores & Ecclesiarum pasto-  
res etiam docent dies non esse æqua-  
les, quidam sancti, reliqui non item, quid quæso-  
ne.

## Euangelicus.

**Coloss. 2.** Paulus ait ad Coloss. 2. Ne quis iudicet uos  
in parte diei festi. Ideo cauendum ne animas  
laqueis mandatorum perdamus, & Iudaizan-  
**Galat. 4.** tes contra doctrinam Spiritus sancti, Gala. 4.  
Dies obseruemus, sicut Hebrei diem sabbati  
& neomeniac.

## Papisticus.

Insuper etiam addunt, qui festis diebus, ab  
Ecclesia ad feriandum electis, opus aliquod ser-  
uile aut manuale confecerit, eum peccare aiunt.

## Euangelicus.

Hoc quæso quid est aliud, quam libertate R  
ei reiecta, ad infirma & egena elementa con-  
uerti & Christum negare, præsertim quasi ne-  
cessario illa sint obseruanda ad iusticiam.

Papisti

### Papisticus.

Attamen Hebrei sabbatum obseruare iussi *Hebrei.*  
sunt;

### Euangelicus.

Verum est, sed luce ueniente hæc umbra  
cessit, ut nemo iam legem statuere & pecca-  
tum facere debeat, ubi scriptura nullum facit,  
libertatem relinquit.

### Papisticus.

Cur ergo dies dominicus & alij Apostolo- *Dies domi-*  
*nus.*  
rum dics ad feriandum electi sunt:

### Euangelicus.

Constituti sunt dies aliquot ad feriandum ab  
operibus manuum, nō quod sanctior, aut cele-  
brior sit illa qua cōuenimus, sed ne inordinata  
congregatio populi fidem minuat in Christo.

### Papisticus.

Qua ergo de causa?

### Euangelicus.

Quo commodius audiāmus uerbū salutis  
æternæ, cœnā dominicā peragamus & com-  
munib[us] uotis Ecclesiæ necessitatē Deo pro-  
ponamus & comprecemur, omnino certi dies  
constituti sunt, quibus dum agitur res animę,  
a familiaribus negochis supersedeamus.

L 4 Papisti-

### Papisticus.

Cur ergo in lege de diebus, cibis, uestibus,  
loco, personis præcepta sunt aut ueritas?

### Euangelicus.

Ad tempus correctionis imposita erant,  
iam choruscante Euangeli gratia euanuerunt  
& libertas regnat, qua non amplius statim die-  
bus externisq; operibus iudaice colimus De-  
um, sed spiritu & ueritate.

### Papisticus.

Sed nostri concionatores dicunt graue esse  
peccatum festos dies Deo non sanctificare:  
quid quæso hic nostris respondebitis?

### Euangelicus.

Et nostri concionatores saepius admonent  
populum, quam graue peccatum sit, eos dies,  
qui Deo atq; pñs & spiritualibus exercitijs de-  
stinati sunt, transigere otio, crapula, ebrieta-  
te, luxu, malis foedisq; uoluptatibus, quemad-  
modum fieri uulgo uidemus, qua impietate ha-  
calamitates, quas patimur, & quæ grauiores  
nobis impendent, singulariter prouocantur.

### Papisticus.

Quomodo ergo dies festos seu ferias obser-  
uandas esse docente?

Euans

### **Euangelicus.**

Volunt & docent dominicis diebus omnes homines planè uacare domino, & cessare ab omnibus corporalibus operibus & negotijs, à cunctis quoq; peregrinationib; nō necessarijs & negotiationib;. Quemadmodum Deus in lege sua præcepit. Sex diebus perficians omne opus suum, & diem dominicum domino totum sanctificant.

### **Papisticus.**

In quem usum:

### **Euangelicus.**

Vt in eo, ex uerbo Dei, in fide & pietate instituantur & instaurentur.

### **Papisticus.**

Volunt ne etiā populū feriari in festis Apostolorum, & aliorum sanctorū per totū diem: postolorū.

### **Euangelicus.**

Liberum faciunt, docentq; populum feriari usq; ad finem sacræ concionis, inde cuiq; ad sua opera consueta redire licebit.

### **Papisticus.**

Qua de causa, apud nos peccatum est non feriari.

**Euangelicus.**

Quia palam est, bonæ partí populi, feriati & prandio, scandaló esse, eo enim tempore carnaлиbus ineptijs Deū grauius ferē, quam alijs diebus offendunt.

**Papisticus.**

Quid ergo est faciendum illis, qui toros hos dies festos habere uelint?

**Euangelicus.**

Videant ut eos Deo etiam totos sanctissimis cent, atq; pijs exercitijs religionis transfigant, non ijs rebus impendant, quibus ira Dei maxime prouocatur.

**De Oratione.****Papisticus.**

17. *Locis de oratione.* **D**E oratione quid docent, num statim horis, nempe matutina, sexta, tertia, prima, uespertina orandum esse sentiunt, atq; in Ecclesijs Deo consecratis?

**Euangelicus.**

Euangelium docet orandum esse patrem cœlestem per dominum nostrum Iesum Christum,

sum, spiritu & ueritate ubique, ut præces non  
sint alligatae locis, uel enim ingredimur con-  
claue, & occluso ostio, oramus patrem, qui est  
in occulto, Matth. 6. Vel precatur in omni Matth. 6.  
loco. 1. Timo. 2. Toton enim mundus est tem- 1. Tim. 2.  
plum Dei.

### Papisticus.

Da mihi adhuc aliquot sacræ scripturæ te-  
simonias.

### Euangelicus.

Psalm. 103. Benedic anima mea domino, in Psal. 103.  
omni loco dominationis eius. Ioā. 4. ait Chri- Ioan. 4.  
stus. Veniat hora &c. quando neque in monte  
hoc. 1. Timo. 2. Volo orare uiros in omni lo- 1. Tim. 2.  
co. Acto. 7. Non is est &c. Acto. 7.

### Papisticus.

At multa sunt in templis, quæ deuotionem Ceremo-  
nibus, & augent. Ipsa loci maiestas, campa- niae inutis-  
sæ baptizatæ, organa, nolæ, cantica, Cærei, les.  
reliquiæ sanctorum, picturæ, imagines, uestes  
consecratæ, sacramentum Eucharistiæ, sacrafi-  
cium altaris, altaria in honorem diuorum con-  
secrata, uexilla, supplicationes, ipsa templi uni-  
tura & consecratio, aqua benedicta: &c.

### Euangelicus.

Vbi quæso Christus in nouo Testamento  
hæc omnia sic facienda exigit & præscribit.  
Imo exigit spiritum & ueritatem, non tantam  
Vſus uera carnalem pompam ceremoniarum, quæ non  
rum cereb ad ædificationem, exhortationem & consola-  
moniarum tionem fiunt, sed ad quæstum.

### Papisticus.

Est sanè ut dicas. Nostri enim sacerdotes totos dies consumunt canendo, sacrificando, & murmurando, Psalms sine intellectu detinunt, dant sonum sine mente. Sed hæc sunt sub rosa, ut aiunt, dicta.

### Euangelicus.

*1. Cor. 14.* Quid times? cōfitemur hic ueritatem. Apostolus uult quinq[ue] uerba mente loqui, ut & alios instituat, potius quam decem millia uerborum lingua. Clamant præterea sicut olim Iudei, templū domini, templū domini, *Hiere. 7.* Est & hoc ceremoniarum negocium plane conductitum, sicut dominus dixit, *Malach. 1.* Quis est in uobis, qui claudat ostia &c.

### Papisticus.

Nunquid aliud desiderant in nostris orationibus, reprehendunt enim multa ne dicamus fere omnia in religione nostra?

Euane

### **Euangelicus.**

Reprehendunt nostri concionatores, quod utuntur in oratione uerbis non pijs, & quæ cum sacris literis non conueniunt. Vt cum *Contra orationes peccatorum propter meritata remissionem* Brigitæ. planè non fuit, præterea ea orant, quæ orare non debent.

### **Papisticus.**

Cuius quæso autoritate id faciunt, & ad quas orationes populum suum reuocant?

### **Euangelicus.**

D. Paulus ad Rom. 8 inquit. *Siquidem hoc ipsum* quod oraturi sumus ut oportet, non nouimus, uerum ipse Spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

### **Papisticus.**

Ecquid inde intelligunt?

### **Euangelicus.**

Quia si ipsi nescimus quid aut quomodo orandum sit, & est oratio proprium opus Spiritus sancti, merito reuocandus est populus ad eas orationes, quæ in sacris literis sunt propositæ, quo discat Deus secundum ipsum voluntate orare, & certus sit suam orationem probari.

Papisti.

## Papisticus.

Vera sunt quæ dicis, age dic porro quid displiceat illis, in nostris orationibus.

## Euangelicus.

Cum uerba pie alioqui & Christianæ orationis trahuntur ad finem impium & illegitimum, ut duim per orationem dominicam, aut uolumus sanguinē sistere, aut lupos arcere, ne oves rapiant. Sicut quidā conantur Psal. 35, decorquere ad uulnera declinanda.

## Papisticus.

Est ne peccatum certe à Monachis hæc sunt esse extogitata, & adhuc clanculum exercentur ab incantatoribus.

## Euangelicus.

Ideo nostri concionatores populum singulari cura monent per quam graue esse peccatum & magnam impietatem, ad tales artes magicas & incantationes uerbo Dei abuti.

## Papisticus.

In articulis Parisiis Louaniensium & Louaniensium scribunt & docent orationes ualere ex operario?

## Euangelicus.

Est abusus maximus cum finis orationis sit peruer-

peruertitur, cū homines orationum uerba ea  
opinione recitant, ut hoc ipso recitationis ope-  
re gratum quendam cultum Deo & Sanctis  
præstare uelint, cū non ut præstemus eo opere  
officiū aliquod Deo, sed ut gratuitū Dei auxi-  
lium, meritis obnoxij periculis & malis implo-  
renaus, aut ut non merita beneficia indigni re-  
cipiamus, præces ad Deum fundendæ sunt.

### Papisticus.

Fortassis non probant, quod à nostris, uerba  
præcationis dominicæ, angelicæ salutationis,  
Psalmarum & aliarum præcationum tercio  
numero, & modo recitata, offerantur?

### Euangelicus.

Error est maximus & abusus præcandi, qui  
non solum pugnat cū uerbo Dei, sed iudicio  
rationis etiam ineptus & ridiculus est, nempe  
populum orationes suas ita Deo D. Virginis  
alij sibj sanctis offerre, tanquam acceptum ali-  
quod obsequium uel munus, quo se putans  
præclare de Deo & sanctis mereri, peccata sua  
expiare, beneficia Dei sibi conciliare.

### Papisticus.

Ago tibi gratias pro hac tam sana doctri-  
na, qua me recte orare doces, sed nostri docto-

res docent orationem ratione locorum magis  
esse acceptam Deo.

### Euangelicus.

Et hic sane abusus non minore cura repre-  
hendendus & corrigendus est, quod ratione  
locorum, quorum alia alijs magis sancta exis-  
tunt, magis commendari orationem Deo,  
& cito exaudiri uulgo creditur, ut si præces-  
siant ad certas statuas, aut reliquias sanctorum,  
aut alia loca, ad quæ peregrinationes religio-  
nis ergo suscipiuntur, quæ summa contume-  
lia est gratiæ, & meriti domini nostri Iesu  
Christi.

### Papisticus.

Durus sermo, dic quæso mihi huius ratio-  
nem?

### Euangelicus.

Quia per solum Iesum Christum accepta-  
sunt præces nostræ apud Deum, quocunq; lo-  
**Ioan. 15.** co fiant, ut ipse promisit, Ioan. 15. Quicquid  
petieritis patrem in nomine meo, dabit uo-  
**Ioan. 4.** bis, Ioan. 4. In spiritu & ueritate oportet De-  
**Matth. 18.** um patrem adorare, Matth. 18. Si duo ex uo-  
bis consenserint super terram &c.

### Papisticus.

Quid

**Papisticus.**  
Quid me ex iam dictis scripturæ sacræ locis docere uis?

### Euangelicus.

Ecce Dominus hic promittit fore ut exaudiamur, si in oratione consentiamus, & se medium fore inter nos, & omnia à patre nobis impetraturum, quondocunq; & ubicunq; in ipsius nomine conuenerimus & consenserimus.

### Papisticus.

Cur ergo & in Ecclesijs, & in priuatissimis locis libenter orandum est?

### Euangelicus.

Ideo libenter ad tempora, & loca publica præcatum conuenire decet, & ad orandum religiosius confert, quia eo ad orationem Ecclesia conuenit, quia ibi ministerio uerbi, alijsq; sacris exercitijs, & ipsoq; una nobiscum orantium cœtu, ad orationem magis excitamur.

### Papisticus.

Quid commodi loca priuata habent ad orationem faciendam?

### Euangelicus.

Quod in illis præcari licet animo magis attento, & ad Deum plenius sublatu. Deinde

M minus

minus incidit in his locis, quod mentem ad  
alia, quam quae aguntur in precibus, auocet.

### Papisticus.

Habes ne testimonium scripturarum?  
Euangelicus.

*Matth. 6.* Legimus dominum Iesum plerumq; in monte,  
tibus ac hortis orasse, sicut & nos iussit parvus  
occluso cubiculo orare in secreto, Matth. 6.  
Ut enim exaudiatur oratio nostra per se nulla  
ius locus quicquam pra; alio praestat. Sed pre-  
cationis efficacia tota nititur Christi merito,  
& interpellatione eius pro nobis, ac fide certa  
promissionum Dei, in quibus animus credens  
meritum Christi & intercessionem apprehendit.

### Papisticus.

Quid de reliquo ceremoniarum numero  
dicitis, de aqua benedicta, de consecratione  
lignorum, herbarum &c.

### Euangelicus.

Cur quæso quæris? Sicut enim hæc omnia et  
his simillima garris sicuti uaniora, & anilia  
deliramenta, quæ tractantur ex mera ignoran-  
tia scripturarum, & pars earum ex veteri Tes-  
tamento producta, & abolita per Christum,  
modo uelimus Iudaismum totum reducere.  
De

# De Confirmatio<sup>177</sup> ne, & Vnctione.

## Papisticus.

Creditis ne uos Euangelici Confirmatio<sup>18</sup>. Locus  
nem & Vnctionem extremam duo esse de cōfirma  
Sacramento à Christo instituta, per quē datur tione et un  
gratia spiritus sancti?

## Euangelicus.

Minime hæc pro Sacramentis admittimus,  
non enim habent testimonium scripturæ, nec  
promissionem annexam.

## Papisticus.

Attamen legimus Apostolos impositione  
manuum, uisibiles spiritus gratias contulisse.  
Acto. 19.

Acto. 19.

## Euangelicus.

Verum est, sed hoc fuit temporale donum,  
sicut experientia demonstrat, Imo statim post  
mortem Apostolorum desit, sicut uerustissi-  
mi scriptores testantur.

## Papisticus.

Sed tamen manum impositio mansit?

Impositio  
manum.

## Euangelicus.

M 2 FATEMUR

173

Fatetur quidem Ceremoniam imponendi manus retentam à successoribus fuisse, cum si dei suæ confessionem ederent adulescentes, sed non hoc sine ut Sacramentum haberetur à Christo institutum. Nam Augustinus nihil aliud esse affirmat, quam orationem.

Papisticus.

Vt autem à ueteribus inde confirmationem usurpatam esse docent:

Euangelicus.

Dicunt perpetuum morem in Ecclesia fuisse, ut ubi pueri ad usum rationis peruenissent, fidem suam ipsi in Ecclesia profererentur.

Papisticus.

Vt autem hic mos in ueteri, & in novo Testamento obseruatus est ex instituto Dei:

Euangelicus.

Id tibi dicam paucis, nempe ut qui prima infantiæ recepti essent in gratiâ domini, apud ueteres per circumcisio[n]em, in nouo populo per baptisma, ubi primum acceptum hoc Dei beneficium cognouissent, & fidem in Deum solidam concepissent, ipsi fidem suam in Ecclesia profererentur, & se ipsi obedientiæ Dei, atq[ue] Ecclesiæ addicerent.

Papisticus.

### Papisticus.

Non solebant solenniter ab Ecclesia confirmari in religione ad hanc confessionem fidei, & obedientiae in Ecclesia professionem:

### Euangelicus.

Sane quidem, per orationem & aliquod diuinæ corroborationis Symbolum, quod sub Mose certis sacrificijs constabat, & oblationibus. Florente Euanglio, impositione manuum & communione Cœnæ domini,

### Papisticus.

Quid tum porrò agendum cū pueris, quando fidem suam, & obedientiam coram Ecclesia solennitur profitentur?

### Euangelicus.

Restat, ut Ecclesia pro eis preces solenniter fundat, & incrementa eis oret Spiritus sancti, ut in fide Christi, & obedientia Ecclesiæ, eos ipse confirmare, conseruare, atq; in omnem ueritatem perpetuo inducere uelit.

### Papisticus.

Sed nostrinon ita tractant confirmationem, fortassis ea in abusum etiam uenit, sicut pleræque aliæ multæ ceremoniæ, age dic quid tum fieri soleat;

## Euangelicus.

Cumq; huiusmodi oratio facta in nomine Christi, & fiducia promissionum eius, nō posse sit non efficax esse, ad ministerium Ecclesie pertinet, eos pro quibus Ecclesia oravit, confirmatione Spiritus sancti corroborare, Ad hanc itaq; veteres, Christi & Apostolorum exemplum imitati Symbolum adhibuerunt impositionis manum.

## Papisticus.

At hoc ministerium confirmationis apud nos peculiare opus est Suffraganei, & peractum est uix semel in anno, & non ita ut dixisti administratum.

## Euangelicus.

Haec confirmatio teste Hieronymo nō ideo propria, seu suffraganteorum quondam Episcoporum functio fuit, quod alijs eadem administrare non liceret, cum Baptismū sacramentum longe praestantius, vulgares etiam ministri, Imo quilibet Christianus, si ordinarii ministri deessent, administrare possit.

## Papisticus.

Qa de causa Episcopis peculiariter commendata fuit:

**Euangelicus.**

Vt Episcopi singularium Ecclesiarum, quę  
euicę creditę essent, certiorem assequerentur  
noticiam, & curā magis salutarem gererent,  
dum ipsi singulis annis cognoscerent, qua si-  
de & diligentia pastores cum reliquos, cum  
præcipue pueritiam Christi instituerent.

**Papisticus,**

A quibus tandem confirmationem pera-  
gendarū esse dicunt?

**Euangelicus.**

Vel à Suffraganeo, vel Decano cum uisita-  
toribus & parrochis singularū Ecclesiarū in  
templo & loco, unde cōfessio & professio pue-  
rorū, & reliqua, quę sū illis agenda sunt, à co-  
ta Ecclesia clare exaudiri, & intelligi possint.

**Papisticus.**

Non debet ergo differri hoc inspectionis  
& confirmationis munus?

**Euangelicus.**

Vltra annum differri sine grādi Ecclesia-  
rum incommodo, & religionis periculo non  
potest, si nequit perfici per unum, utendum  
opera plurium.

**Papisticus.**

Nonne prius sunt diligenter exercendi per ministros & seniores cuiuscum Ecclesiae?

**Euangelicus.**

Sunt quidem in Ecclesijs & domi instruendi & imbuendi, in ihs, quae religionis sunt, neque in Catechismo, ut possint ad formam Catechismi præscriptam respondere.

**Papisticus.**

Docent ne etiam uestrí concionatores oleum in confirmatione adhibendum esse?

**Euangelicus.**

Non, quia hoc signo superstitionis abusi sunt uestrí, & apud Christianos non tam signa & umbræ spiritualium rerum, quam res & tieritas spectari & ualere debet, satis fuerit in ista actione symbolum impositionis manuum, quod & Apostolis atque antiquioribus patribus satis fuit.

## De Vnctione.

**Papisticus.**

19. Locus  
de unctione.

De extremâ unctione, quid queso sensunt Theologi uestrí?

**Euangelicus.**

Extrema

Extrema unctione fuit Symbolum temporali doni, quod scimus non diu post Apostolos durasse. Apostoli ungebant in nomine domini eos, quibus uim Spiritus sancti praesentem, in dono sanationis exhibebant. Hoc fieri iubet D. Iacobus cap. 5.

Iacob. 5.

**Papisticus.**

Sed nostri Theologi ita dicunt. Confirmationem & extremam unctionem sacramenta esse a Christo instituta, sed non ut duo praecedita ad salutem necessaria, ex contemptu ram illa omittere mortale peccatum est, quid tu respondes?

**Euangelicus.**

Vnde probant hoc uerum esse?

**Papisticus.**

Ex Epistola diui Iacobi cap. 5. qui ita ait, Iacob. 5. Infirmatur quis: accersat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum olio in nomine Domini.

**Euangelicus.**

Sed statim subiungit, Et obsecratio fidei, saluum reddet laborantem, & eriget eum dominus. Hic adscribit Apostolus impetracionem & salutem orationi fidei, non unctioni

M 5 nec

nec oleo, ut oleum uestrorum pontificis hic patrocinium habere non possit.

**Papisticus.**

Ad quid autem opus fuit addere oleum, si nihil iuuat laborantem?

**Euangelicus.**

Mos fuit apud istas gentes oleo corpus ungere, quod & Christus discipulis præcepit, & oleum ad multas infirmitates salubre est pharacum. Nos etiam olei seu unctionis nomine omne officium charitatis intelligimus, quod infirmis impendi potest.

**Papisticus.**

Cur addit, accersat presbyteros Ecclesias, quam hic habetis glossam?

**Euangelicus.**

Nos dicimus presbyteros eos esse in Ecclesia, qui & autoritate & prudentia cæteros auctoritatem, uitæ sanctitate ac morum innocentia cæteris præficiuntur.

**Papisticus.**

Si non est sacramentū iuxta uestram sententiam, quid tuin quæsto est extrema unctionis?

**Euangelicus.**

Nostri dicunt humanum ac ciuile officium esse.

esse. Vngebant Apostoli nonnunquam egro-  
tos, & bene cæperunt habere, qui sinistrius  
paulo ante ualebant. Mare. 10. Hoc & perpe-  
tuuo seruandum esse monet D. Iacobus cap. 5. Marc. 10.  
Iacob. 5.

### Papisticus.

Quomodo quæso hoc seruandum dicitis?

### Euangelicus.

Inuisere scilicet ægrotos, ubi si usus postu-  
let, aut ægritudo ferat, qui prosectorie iam  
sunt ætate, malum debent attritare, unges-  
re, ac Deum ut liberet, orare, Habent ne insu-  
per alias probationes, extremain unctionem  
esse sacramentum.

### Papisticus.

An non hæc satis sufficiens uobis uidetur,  
accedit præterea ueteri usus et authoritas, de-  
inde consuetudo que iam pro lege recepta est.

### Euangelicus.

Scitis Epistolam, quæ Iacobo ascribitur Hierony-  
mam canonice scripturis non annumerari, necq; eti-  
am hic audet adiungere sicuti D. Paulus: Ego thalogo il-  
accepi à domino, quod & tradidi uobis. Itaq; lustrum ui-  
beri à Christo probare non possunt. 1. Cor. 11.

### Papisticus.

A sanctis

A sanctis patribus hunc ungendi morem  
accepisse nostri dicunt, qui ita statuerunt:

### **Euangelicus.**

**August.**

Augustinus D. Iacobum interpretatur hoc loco, sed longe diuerso modo, sermone 212. Vbi dicit: Quoties aliqua infirmitas superuenierit, corpus & sanguinem Christi, ille qui egrotat accipiat, & inde corpusculum suum ungat, ut illud quod scriptum est, impleatur in eis. Infirmitur quis &c.

### **Papisticus.**

Audiam ex te intellectum huius D. Iacobi loci clariorem, quo melius intelligam:

### **Euangelicus.**

Infirmitur, inquit, quis inter uos, non ait sis in mortis articulo, ut docent scholæ Parisiensium & Louaniensium, item orari & ungi præcipit, ut oratio in fide postulata, non unctionis sanaret infirmum in anima per peccatorum remissionem, & in corpore ne moreretur.

### **Papisticus.**

Gum hoc instituto nostri scholastici toti dissentunt, dum non concedendā uolunt unctionem, nisi iam agentibus animā, quo sit ut cum Apostolo pugnent, & sanitatem infirmis non præcentur.

**Euan-**

### **Euangelicus.**

Rem sanè acu tetigisti, & ut breuiter tibi dā  
cam meam sententiam, de hac unctione, quæ  
non sacramentum, sed ritus quidam primiti-  
uæ Ecclesiæ ad nos deriuatus uidetur, loqui-  
tur Marcus cap. 6. Et egressi discipuli, prædi- Marc. 6.  
cabant, ut resipiscerent, & dæmonia multa ej-  
ciebant, & ungebant oleo ægros & sanabant,

### **Papisticus.**

Vt autem concluditis?

### **Euangelicus.**

Consilium Iacobi de unctione & confirma-  
tionis usum non tollimus, sed sacramenta ne-  
gamus à Christo instituta.

### **Papisticus.**

Ex loco D. Marci Euangelistæ nostri unctionis  
externam approbant esse sacramentum.

### **Euangelicus.**

Sed aberrant à uero & recto. Apostoli enim  
adlinerunt oleum spe reuicturis. Hi uero non  
nisi iam morituris, nec nisi consecratum, cum  
illorum fuerat, quale natura fecerat. Delinde  
corpus unixerunt illi, sed non nisi propter cor-  
pus, hi corpus ungunt propter anilmam, tanq;  
olei

olei uis in hāc usq; penetrare possit, atq; ipsam  
liberare à peccatis.

### Papisticus.

Est sane ut dicas, perge quæso in huius loci  
explicatiōe, quo me ex hoc errore expediam!

### Euangelicus.

**Ioan: 9.** Discipuli Christi ungebant oleo, eo plane modo, quo Christus Io: 9. fecit lutum ex spuma, cęco restituens uisum. Sed quid lutū ad recipiendum uisum? Ita quid oleum ad sanitatem? Virtus ipsius spiritus, quæ propter fidem discipulorum agebat, incolumitatem reddiderat, non oleum.

### Papisticus.

Num semper oleo usi sunt, quoties sanarent,  
etiam post ascensionem domini?

### Euangelicus.

**A&t: 3.** Non. Petrus enim claudum sanavit soli his uerbis, In nomine Iesu Christi Nazareni sur-

**A&t: 19.** ge & ambula. Multi incolumes facti sunt suds  
rijs & semicinctis Pauli impositis, A&t: 19.

### Papisticus.

Non tamen sine causa usi sunt Apostoli unā  
one externa:

### Euangelicus.

Cluſe

Civile quiddam exhibuerunt Apostoli, sic  
ungentes infirmos, ex quo non nihil secundū  
carnis sensum accipiebant solatij, quod fieri so-  
let, etiam si manibus solis quempā adtrectes.  
Quāvis nō absurdē dixeris re externa uoluuisse  
discipulos uirtutis Spiritus sancti admonere.

### Papisticus.

Quomodo id, age dic mihi quæsor?

### Euangelicus.

Quia uidemus non uno loco, & in veteri Te-  
stamento, & in nouo tales admonitiones fa-  
ctas, imo solatum carniper externa s̄epe con-  
cessum. Spiritus quidem spiritum animat ac  
erigit. Sed nisi caro quippiam habeat, quod et  
ipsam soletur & uegetet, plerunq; spiritum  
perturbat, & ipsa non raro succumbit.

### Papisticus.

Ergo ungere ægroros opus fuit charitatis,  
apud istas regiones in frequenti usu.

### Euangelicus.

Ita est. Sicut adhuc hodie alijs atq; alijs un-  
guentis & pharmacis circa infirmos utimur,  
non ut inde salutem animarum impetrant, sed  
quò melius habeant in corpore, minus senti-  
ant dolores, & confortentur.

De

20. Locus  
de matri-  
monio.

190

# De Matrimonio.

## Papisticus.

Articulus  
Louaniens-  
sium Eccle-  
sie.

**N**ostri Theologi docent & scribunt, Credendum esse, septem esse Ecclesie sacramenta, à Christo instituta, quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema unctione, Ordo & Matrimonium. Per quæ (quævis externa & corporalia signa) Deus invisibiliter siue per bonos siue per malos ministros, nostrā salutem operatur, quid uos dicitis?

## Euangelicus.

Nos dicimus, cum matrimonium nullum habeat signum rei sacrae aut materiale aut visibile, quod in sacramentis à Christo institutis, puto Baptismo, & Sacramento altaris est videre, non sit nobis perspicuum unde colligamus Sacramentum uere esse matrimonium, neque in ulla scriptura canonica matrimonium sacramenti appellatione est celebratum.

## Papisticus.

Ephe. 5. Attamen Christus matrimonium instituit & approbauit, & Paulus ad Ephesios cap. 5.

## Euangelicus.

Verum

Verum est Christus instituit & approba-  
uit, sed non ut sacramentum haberi uoluit,  
quia nec præmissionem addit, neq; signum  
adiunxit. Christus itaq; iuxta Pauli uocem &  
Ecclesiæ, Sacramentum est, id est, mysterium  
hoc est res sacra & magna, quæ figurari qui-  
dem per matrimonium ceu reali quadam al-  
legoria potuit & debuit, sed matrimonium  
non hinc Sacramentum dici debuit.

### Papisticus.

Cur uos Euangelici usq; adeo matrimoniu-  
laudatis, quo tamen nosiri sacerdotes Monas-  
chi & Montales non tam delectantur, Imo eti-  
am illud fugiunt.

### Euangelicus.

Quia est sanctum & Deo acceptum uitæ  
genus. Deus enim ipsum sacrum coniugium  
instituit, & in Paradyso homine adhuc inte-  
gro & sancto, atq; præclare huic coniunctioni  
benedixit, ipsumq; hodie cōiungit, unitq; eos  
omnes, qui in suo nomine coniugium contra-  
hunc, ipseq; dat virum uxori caput et seruato-  
rem, quemadmodum caput & saluator Eccle-  
siae Christus est, viro dat uxorem corpus &  
adiutorium eius, ad id scilicet, ut piam, hone-  
stam, ac fœlicem hic uitam transfigant uita.

N Papist.

### Papisticus.

Ex his iam dictis quid quæso pius animus certo concludit:

### Euangelicus.

Deo hanc coniunctionem Viri & Mulieris omnino gratam, ac ideo sanctam ac fœlicem esse, quod & ex eo apparet, quod Deus coniunctis matrimonio tantam, & erga seipso mutuo, & erga liberos atq; cognatos, & iunctos utrinq; quauis ratione, tam admirandam fidem, charitatem, & promptum adeo ad omnne obsequium animū indit. Deus enim charitas est, & qui in charitate manet, in Deo manet, & tota lex completur dilectione proximi.

*1. Ioan. 4.*

### Papisticus.

Sequitur inde quia matrimonium est sanctum uitæ genus, ut uos dicitis, ergo operi eius sanctar: quod nostri negant.

### Euangelicus.

Nostri docent, in quocunq; statu uitæ plus fidei & charitatis, animusq; promptior ad inseruendum commodis proximorum iuxta uerbum domini existere solet, is indubie hoc gravior Deo, sanctior & beatior est.

### Papisticus,

Sed

Sed hæc uiuendi ratio inter nos, quos uocant religiosos, tam uiros quam foeminas in usu non est.

### Euangelicus.

Ideo fatemur inter homines certiorem fidem, inflammatiorem charitatem, & admonendi se inuicem arctiorem necessitudinem et promptiorem uoluntatem non esse, quam ea fit, quæ existit inter coniuges, qui in domino conuenerunt, ac inde inter ipsos, & liberos eorum, & eos omnes, quos sibi coniugij causa iunctos utrinq; habent.

### Papisticus.

Fœlices ergo sunt quibus contigit Dei gratia in hoc uitæ genus uenire, quod sanctum & Deo acceptum est.

### Papisticus.

Ideo quoscunq; Deus in hoc genus uitæ adduxerit, hi gratias Deo agere ingetes debent, pro hoc tanto beneficio, quod eos uocarit in uiuendi genus tam sanctum & sibi acceptum,

### Papisticus.

Vt autem quisq; sponsus sponsam suam & sponsa sponsum suum sibi traditum complecti debet.

### Euangelicus.

N      Non

194

A Deo dā: Non aliter, quām ut manu domini sibi traditum & coniunctum suscipere & compleat̄ debet, ac quicquid in matrimonio aduersi acciderit, certa fiducia ad Deum confugere, & auxilium atq; consolationem ab eo petere.

### Papisticus.

Res sanē magna est & diuina matrimonium, ergo non à Deo derelinquuntur etiā in maximi periculis coniuges?

### Euangelicus.

Non deseruntur cō- Bene dicis. Non enim potest pater induc-  
iuges. gentissimus, filios in eo uitæ genere, in quod ipse eos constituit, deserere, aut non mitigare, quas ipse difficultates, & obedientiæ exercitia in hoc statu existere uollet, ad probandam nimirum & excitandam fidem suorum, non ad affigendum eos.

### Papisticus.

Si coniugium tam sancta res est, ergo gravi confilio & timore Dei de eo statuendum est, non ex perturbatione & cupiditate carnali, temeritate, dolo, insidijs & malis artibus?

### Euangelicus.

Ideo nostri docent, indignam rem esse Christianis, Matrimonium, sanctissimam coniunctionem

ctionem hominum, furtim & temerè contra- Non temere  
here, quo sibi hac in re puellæ caueant, ne ita re contra-  
stulte & malitiose se inuicem obstringant & hendū ma-  
circumueniant, unde periuria, dissidia, diuor- trimonii.  
tia, æruminæ, & miseriæ, & quod omnium gra-  
uissimii, intollerabilis ira Dei consequi solet.

### Papisticus.

Vt autem & qua pietate & religione ma-  
trimonium ineundum esse docent:

### Euangelicus.

Docent, quam sancta coniunctio hominum **Oratio.**  
sit coniugium, & singulare prouidentiæ diui-  
næ beneficium, bonum & commodum conse-  
qui maritum uel uxorem, ut discant Deum  
suppliciter & religiose orare, ut ipsis et earum  
liberis de commodis coniugij benigne pro-  
spicere dignetur.

### Papisticus.

Quænam docent præcipue in contrahenda  
do matrimonio esse consideranda:

### Euangelicus.

Primam rationem oportet habere religio-  
nis, ut quisq; ante omnia confortem quærat  
fidei, qui Christū dominum uere cognoscat,  
inuocet & colat, possitq; secum in domino

unus homo, & adiumentum esse in fide cultuq; Christi proficiendi: Deinde docent post consensum in religione considerandū etiā esse singularē quandā confessionem animorum, & morum arq; honestorū studiorum similitudinem, quæ signa esse solent diuinæ coniunctionis. Postremo affinitatem piorum & honestorum hominum, à quibus, quisq; pietate & honestate augeri possit, longe præferendam esse affinitatem diuitum & locupletum hominum, à quibus externæ tantum opes accedant,

### Papisticus.

*Desponsatio clancularia rata habenda?*

### Euangelicus.

Nostri docent nullam coniugij promissiōnem ratam habendam, quæ facta fuerit insidijs & inuitis parentibus, aut tutoribus, præsertim cum iuuenes ex ætatis levitate temere fidem matrimonij sibi inuicem clanculum, & alijs sine testibus adhibitis ad minimum tribus aut quatuor uiris honestis & fide dignis obstringunt.

### Papisticus.

Nostri etiam multa matrimonij impedimenta

menta esse docent, quæ impedit contrahend= **Impedi-**  
dum & dirimunt iam contractum. **menta ma-**

**Euangelicus.** **trimonij.**

Quæ sunt illæ?

**Papisticus.**

Tempus feriarum, & interdictum Ecclesiæ, **Prima.**  
haec inquiunt, matrimonium contrahendum,  
sed non dirimunt contractum.

**Euangelicus.**

Hominum sunt inuenta, quæ nullum in sa-  
cris literis testimonium habent, ideo eadem  
facilitate contemnuntur, qua recipiuntur.

**Papisticus.**

Item per sacramentum Baptismatis & con- **Secunda.**  
firmationis contrahitur cognatio spiritualis,  
quæ impedit matrimonium contrahendum,  
& dirimit iam contractum?

**Euangelicus.**

Nec hæc spiritualis cognatio testimonium  
in sacrī literis habet. Cur non impedit frater  
nitas illa sanctissima, qua omnes cum Christo  
connectimur: fratres mihi sunt & sorores,  
quotquot Christum confitentur?

**Papisticus.**

Subdiaconatus, diaconatus & presbyteratus **Tertia.**

impediunt matrimonium contrahendum, di-  
rimunt contractum, quod uotum castitatis sit  
illis ordinibus annexum.

### *Euangelicus.*

Euangelium docet, Coniugium nulli mor-  
talium ad hoc idoneo interdicendum esse, &  
facientium leges dæmoniorum appellat. Item  
coniugium celebrat ut fidelium castitatem &  
puritatem, utq; Deo gratum & acceptum.  
Item uniuersos esse coniuges uult, quibus con-  
iugio opus est, siue laici sint seu sacerdotes.

### *Papisticus.*

Vbi hoc quæsto scriptum est, age dic mihi?

### *Euangelicus.*

*1. Tim. 3.*, strinas dæmoniorum uocat, si quis prohibeat  
contrahere matrimonium. Et *1. Corinth. 7.*,  
*1. Cor. 7.* Non solum dicit: Melius esse nubere quam  
uri, sed palam præcipit in hunc modum:  
Propter stupra uitanda, suam quisq; uxorem  
habeat. Quis est quæsto ille Quisq; Ad Ti-  
tum 1. Vult Episcopum unius uxoris maria-  
tum esse.

### *Papisticus.*

Quantum ego coniçio simul omnes dicit  
quot;

Quotquot continentiae donum non habent,  
sed nostri dicunt eum peccare, qui est sacris ini-  
tiatus & duxerit uxorem?

### **Euangelicus.**

Vide amabo. Deus pater nuptias instituit,  
filius sua præsentia & primo miraculo deco-  
rauit, Spiritus sanctus honorabiles pronun-  
ciavit. Seruus Iesu Christi Paulus Episcopis  
& Diaconis non prohibuit, & uestri doctores  
tanquam rem prophanam, matrimonium Sa-  
cerdotum condemnant.

### **Papisticus.**

Vera loqueris. Ita enim nostri Theologi  
scribunt & docent. Matrimonia contracta  
contra canones ipsa derimentes simpliciter  
esse irrita & nulla.

### **Euangelicus.**

Hos increpat Dominus & obiurgat in Euan Matth. 15.  
geltio suo dicens: Rejicitis mandatum Dei, ut  
uestram traditionem statuatis. Dicit enim  
Matth. 19. Quos Deus coniunxit, nec homo, Matth. 19.  
nec homines separent.

### **Papisticus.**

Vt tandem hunc locum concludisse

### **Euangelicus.**

N s Non

**Conclusio.** Non licet ullum genus hominum à coniugio arcere, neq; iudicium celibatus pertinet ad Pontificem, sed ad singulorum conscientiam. Et illis qui uruntur, nullum quām matrimonii remedium Spiritus sanctus offert, Est enim coniugium in Domino initum, res sancta, & regni cœlestis, in præsentí adhuc exilio militantia, non mundi, aut carnis. Hebræ. 13. Honestum est sanctis Dei atq; impolutum curabile, Sed Papa pios maritos non fert, impios scortatores tollerat, Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis &c.

**Galat. 5.**

## De ordine Monastico, & Votis. Papisticus.

**21. Locus de uotis.** **Q**uid de ordine nostro monastico dicitis, audio multa absurdia de eo apud uos dicit?

**Euangelicus.**

Vester monachismus fidem delet, & eripit Christo gloriam ipsi debitam, & operibus humanis attribuit, fingit propriæ electionis opera, esse cultus diuinos.

**Papisticus.**

**Papisticus.**

Satis scite nostrum ordinem monasticum  
depingitis, quis quæso isthac uos edocuit?

**Euangelicus.**

Audi porrò quid dicā, Monachismus uester  
adigit ad missatiōes, ad inuocatiōes sanctōrum,  
ad adoratiōes imaginū, & superstitiosas obser-  
uationes, extollit huiusmodi sanctimonias, ut  
appellat, supra opera & ordinationes Dei, qui  
bus omnibus cōtraria est Euangelij doctrina.

**Papisticus.**

Dicis de sacrīs monachorum ordinib⁹ ac  
si perpetuus fuisses monachus, quid autem de  
uotis nostris sentitis?

**Euangelicus.**

Vota & uita monachorum aq; monialium  
simpliciter & directe Euangeliō, & uerbo Dei  
aduersantur.

**Papisticus.**

Vnde hoc mihi probabis, ita enim temere  
omnem nostram religionē contemnitis, quod  
diu sane uobis impunitum non manebit?

**Euangelicus.**

Quia docetis uestra uota mererſ remissio-  
nem peccatorū, esse sanctimoniam & perfectio-  
nem.

nem coram Deo, mereri uitam æternam, esse ordinem prophetarum Heliæ, & Helisæ.

**Papisticus.**

Num falsa hæc omnia esse dicitis?

**Euangelicus.**

In eo falsissima sunt omnia. Sancti enim Prophetæ fuerunt prædicatores beneficiorum & præcones uerbi Dei, inç maximis & grauiſ ſtimis negocijſ uersati fuerunt, particeps etiam administrationis reipublicæ, nequaquam innitentes traditionibus hominum, sed uerbo Dei.

**Papisticus.**

Ergo pro nihilo plane habetis omnium Monachorum ordines, quod tamen nobis æquo animo iam ferendum est, siquidem meliora non possumus proferre testimonia.

**Euangelicus.**

**Monachis.** Non possumus non improbare Monachis, mus quid? mū, Est enim mendacij, & idolatria in uita molli refertus, & tacite flagitiosa plena hypocrisi. Deniq; monastici nihil aliud sunt, quam barbaricæ cuiusdā superstitionis antistites, & familiæ, ineruditæ, & impiæ Philosophiae, si de horū stulticia & uanitate tam graui uerbo utendum est.

Papi

## Papisticus.

Noli quæsto tantopere succensere, parce tibi, ira impedit animum, ignoras fortassis quid sit uotum?

## Euangelicus.

Scio equidem quid sit, nempe cum quis sponte promittit, se seruaturum aliquod bonum, ad quod aliás non tenetur, quamuis teneatur post uotum.

## Papisticus.

Scis tria esse uota substantialia, paupertatis, castitatis, & obedientiae, quibus semel M<sup>o</sup>nachus uel Sacerdos obstrictus, perpetuo ad sic uiuendum obstringitur. Obligant enim uota in foro conscientiae, perpetuae, scilicet continentiae, paupertatis & obedientiae, Iuxta Psalm. 73. Vouete & reddite.

Psalm. 73.

## Euangelicus.

Tria sunt in uotis spectanda: An in potestate nostra sit, quod uouemus; Deinde an his uouendi rectus sit: Tertio an quod uouenus, Deo placeat. Vbi haec desunt, uel unum ipsorum, uota irrita, nulliusq<sup>e</sup> momenti sunt.

## Papisticus.

Num

Num negas tu in nostra potestate esse hoc  
uel illud uouere?

### Euangelicus.

Non est in cuius uis manu perpetuam con-  
tinentiam uouere, sicut scripture docet. Chris-  
tus enim testatur, Non omnes capere hoc uer-  
**Math. 19.** bum. Matth. 19. Et Paulus admonet **1. Cor.**  
**1. Cor. 7.** rium. 7. Distributa esse dona Dei, loquens de  
hoc ipso dono, ut singulare esse intelligamus,  
quod non omnibus sit concessum. Ideo ad con-  
iugij remedium confugere iubet omnes, qui  
uruntur. Qui non potest continere inquit, du-  
cat uxorem.

### Papisticus.

**Obedientia.** Bonum quidem est hoc consilium quod das,  
utius enim est cum uerbo Dei matrimonium  
contrahere quam uriri, aut scortari cum pecca-  
to mortali. Age de obedientia quid sentis?

### Euangelicus.

**Coloss. 2.** In uouenda obedientia monachali dicouin-  
tiosum esse finem, & hoc uno uerbo Pauli pa-  
lam est, Coloss. 2. Quod omnes cultus uoc-  
luntarios, quos homines sub arbitrio insfe-  
tuant, damnat. Vouent ergo Monachi suis  
patribus, ut hominum figurantis Deum co-  
lant.

Papisticus.

### Papisticus.

De paupertate, quam Deo uouemus, quid  
quæso sentiunt prædicatores tui?

### Euangelicus.

Paupertatem quam uouetis Deo nequaç  
acceptam esse dicunt. Imo prorsus displicere,  
Iubet enim Deus suo quemç labore uiuere.  
Et Paulus 1. Tessa. 5. Qui non laborat, non <sup>1. Tessa. 5.</sup>  
manducet, uitamç inordinatam uocat, cum  
quis ex alieno sudore ociosus uiuit, ac tales ex  
communicari præcipit.

### Papisticus.

Viunt autem uoluntarie pauperes, sicut  
præcepit Deus.

### Euangelicus.

At uoluntaria paupertas, quam nobis com- <sup>Paupertat</sup>  
mendat Deus, hæc est, ut qui diues est elargi-  
endo sua ad subleuandam fratum inopiam,  
exemplo Christi, sicut Paulus, pauperem se  
faciat.

### Papisticus.

Nonne hanc paupertatem Monachi & Mo-  
niales profitentur?

### Euangelicus.

Ita sane si dñs placet, Sic enim Monachis  
pauper-

paupertatem profitentur, ut in otio nunquam  
esuriant, deuorent bona pauperum, benefa-  
ciendi facultate se priuent.

### Papisticus.

Dic mihi in summa quid sentiant tuī de uotis:

### Euangelicus.

In summa nostri constituunt uota, quæ ex  
superstitione concepta fuerint, nihili esse, nec  
quicquam ualere ad ligandas conscientias.  
Deinde uotis temere, ex stulta carnis confiden-  
tia conceptis, mature esse renunciandum, an-  
tequam Deus obstinatā arrogantiam puniat.

### Papisticus.

Si uestro consilio obsequi uellemus, nullus  
in monasterio maneret, cur autem toties in ut-  
eri Testamento uoti mentio sit?

### Euangelicus.

Nihil facit ad hoc institutum, siquidem ri-  
tus ille uouendi Iudaicus erat, & iam ab' iisus  
est, sicut & sacrificia, Acto. 15. Fides enim in  
Christum libera facit omnia externa, nec uos  
torum seruitus, & nostra libertas ullo modo  
conueniunt, Imò peccata sunt uota nostra ex-

**Acto. 15.**

**Roma. 14. tra fidem, Roma. 14.**

Papisticus.

## Papisticus.

Sed nostri Theologi Louanienses & Parisienses ita docendo scribunt: Recte uota Deo facimus, tam monastica quam alia, & facta obligant apud Deum, nec aduersantur libertati Euangelicæ, quæ à peccatis libertas est, & ius quæ spiritum nostrum quo quomodo impediunt, quo minus totus Deo seruiat, non autem à uoti uel iuramenti obligatione, nec ab obedientia magistratus Ecclesiastici uel secularis.

## Euangelicus.

Nullum uorum aut sanctius aut religiosius habemus ex uoto, quo duci Christo in Baptismate nomen dedimus. Una est Christianorum tantum professio, qua Christo sumus in autorati, per Baptisini & gratiae Dei donaria, cui uicissim & nos totos, & omnia nostra debemus, tantum abest, ut aliquot à nobis exagitatis uotis supererogare possimus.

## Papisticus.

Si hoc uerum est, video omnes Christianos, ad illud uotum obligatos:

## Euangelicus.

Recte dicis, Hoc autem uotum non ex hos  
O minibus,

minibus, sed ex Deo est, quo consentimus diuinæ in nobis operationi, hic enim totus homo Deo offertur, ut ille uerus animarum rex in nobis regnet.

### Papisticus.

Vt autem plū illud uotum emittimus!

### Euangelicus.

Quotiescunq; afflati spiritu, ex animo regnum unī Deo permittentes, optamus: adueniat regnum tuum, rex meus & dominus meus, Domini siquidem est regnum, & ipse dominabitur gentium. Tali uoto sese astrinxit Deo Psaltes cum diceret: Vt iumentum factus sum apud te, & ego ero semper tecum. Et item: Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

### Papisticus.

Quid inde nobis colligendum afferis?

### Euangelicus.

Quisquis consilium Domini securus abnegavit seipsum, abiens post uestigia gregum suorum, hic uere uouer, id est, se totum in Deum reiicit.

### Papisticus.

Afferis ne etiam omnes Christianos ad illa tria uota obligatos, quæ monastici nostri tāto cum

cum strepitu, & non ferenda superbia Deo se Continen-  
offerre simulans.

tiæ pauper  
tatis et obe-  
dientie.

### **Euangelicus.**

Ita est, Quisquis enim non confidit in diuina  
cœs, nec rapitur affectu rerum temporalium,  
& de se humiliter sentit, uere pauper est spiritu, Pauper  
paratus quicquid possidet in pauperes ex- tias.  
pendere, dum charitas iubet, etiam si centena  
agri iugera possideat, & uotum pauperatis  
efficaciter uidetur uouisse.

### **Papisticus.**

Assentior tibi, age dic secundum uotum virginis  
virginitatis, quid de eo sentias, quomodo uul- tias.  
gus hominum continens esse possit?

### **Euangelicus.**

Qui carnis refrenat concupiscentiam, & cor-  
pus ita redigit in seruitutem, ut audiat spiri-  
tui, castus est, & uirginitatem re ipsa custodit,  
Quam uerbis duntaxat promittunt alij.

### **Papisticus.**

Qui sunt hi alij?

### **Euangelicus.**

Monastici & scholastici tui doctores, papis-  
ticiq; sacerdotes omnes, qui foris quidem ui-  
dentur retinere uotum castitatis, sed mente

O 2 stuprum,

stuprum, adulterium & portentuosam quamuis libidinem consummunt, primam fidem planè irritam faciunt, & dum sic utuntur spuriis cogitationibus, & nefandis libidinibus inuolui prius coguntur, quam ad coniugij remedium à Domino magis imperatum quam consultum, dum dicit, Non omnes capiunt hoc uerbum, licet accedere.

### Papisticus.

Age díc mihi quæso huius rei rationem?

### Euangelicus.

Quia continentis mentis est, sanctam puramq; esse cum corpore, tum spiritu, à qua infiniti huius tempestatis absunt, uotorum usq; sexus magnifici professores.

### Papisticus.

Restat adhuc, ut mihi dicas de uoto obedientiæ.

### Euangelicus.

Qui præfectorum imperium in libertate spiritus adimpler, aut tyrannidē patienter tolerat, an non obedientiæ fructum consequitur?

### Papisticus.

Quid autem suades esse faciendum?

Euans

Obedientia.

### **Euangelicus.**

Suadeo, ut uota prorsus omnia tollantur, aut uitentur, quando non hominum regulis, sed spiritu aguntur filij Dei, & nemini quicquam debeant, nisi ut inuicem diligent, quam dilectionem monasticis non licet in aliis effundere, per humanas suas traditiunculas, quibus sic sunt addicti, ut malint proximum quantumuis siue de uita, tum animae tum corporis, siue de facultatibus periclitari, quam suis deesse uellent præscriptis officijs.

### **De Inuocatione sanctorum.**

#### **Papisticus.**

**N**ostri prædicatores de orandis sanctis 22. Locus ita docent, Sanctum esse, & Deo maxi= de adoran me gratum, orare beatam Dei genitricem & *dis sanctis.* sanctos, qui in cœlo sunt, ut sint pro nobis ad= uocati & intercessores apud Deum.

#### **Euangelicus.**

Euangelium docet inuocandum esse Deum in fide, id est, certa persuasione exauditum

O 3 nos

nos illum propter Christum, ueratq; dubitare  
de uoluntate illius erga nos reconciliatos illi  
in Christo Iesu.

### Papisticus.

Et nostri docent afflitos inuocare Deum.  
Euangelicus.

Verum est, sed neq; simpliciter in Christo,  
neq; fideliter, sed cum trepidatione & hæsitan-  
ter, non aliter quam Turcæ & Iudæi illumina-  
uocant, incerti de uoluntate ipsius erga se.

### Papisticus.

Insuper docent inuocandos esse sanctos  
Martyres & alios mortuos, per quos reddatur  
nobis propitius Deus, & quorum meritis pla-  
catus ad nos respiciat iramq; suam a nobis  
auertat: Quid tu dicas?

### Euangelicus.

Sed hæc uestra inuocatio est, & manet sem-  
per impia, blasphemis in Deum referta, iniur-  
ia atrocis plena erga sanguinem & mortem  
Christi.

### Papisticus.

Di meliora, optare loquere mi Euangelice,  
noli usq; adeo succensere:

### Euangelicus.

Audi,

213

## Papisticus.

**Papisticus.**  
Num dices falsum esse hūc ueteris Ecclesiæ  
articulum?

## **Evangelicus.**

Sanè falsissimus est, Quia Euangeliū iu= Confuta=  
bet inuocare nos in omnībus malis opem nu= tio articu=  
minis, unius Dei, Patris & Filij & Spiritus san li.  
Et præcum nostrarum interpretem esse so=  
lum Christum, mediatorem inter Deum &  
homines, propter quem illas exaudiri credere  
debeamus, neq; dubitare quicq; de benignita=  
te Dei, neq; alium aditum circumspicere, nec  
ulli creaturæ id quod soli Deo debetur.

## Papisticus.

Papiticus.  
Vnde id probant, dic mihi sacræ scripturæ Probatio  
testimonia em

## **Euangelicus.**

Sacra scriptura ubique fidem in oratione rei  
**Marc.** 41. quirit, **Marc.** 11. Et Paulus Roma. 10. Nomis.  
**Roma.** 10. natim addit, hanc fidem esse ex uerbo Dei. Et  
**Iacob.** 1. Iacob. cap. 1. Hæsitare nos prohibet in præci-  
bus,

### Papisticus.

Quid tu ex iam dictis scripturæ locis colligis?

### Euangelicus.

Nempe hoc, quod si uerbo Dei obediemus uolumus, solum Deum inuocare conuenit in Christi nomine. Nam & Deus hunc spirituas  
**Psal.** 5. 91. Iem cultum nominis sui esse perhibet. **Psal.** 5.  
**Iohel.** 2. & 91. Iohel. 2. Hiere. 29. Et mediatorē unum  
**Hiere.** 2. 9. nobis proponit, filium suū, quo intercessore, docet Paulus patere nobis facilem accessum ad Deum cum fiducia. 1. Tim. 2. 1. Ioan. 2. Et Ioan. 10. 14. 16. Ephe. 3. Et alter Apos*to*  
*lus* nos hortatur, ut freti tali aduocato, ad ea-  
mus ad thronum gratiæ.

### Papisticus.

Ergo prorsus reiçis sanctorum intercessio-  
nem.

### Euangelicus.

Ita sane prorsus. Nam mandatum nullum  
cum

Cum extat de quærenda sanctorum mortuorum intercessione, cum nulla promissio usque reperiatur, constituunt nostri pugnare hoc orationis genus cum scripturæ regula. Ad hæc nullum eius rei exemplum prodiderunt uel Prophetæ uel Apostoli.

### Papisticus.

Mirum est sane quod dicis:

### Euangelicus.

Nunc ergo apud te pio animo expende quām sit pericolosum, non tantum absque uerbo Dei, sed etiam præter exemplum, tentare nouum orationis genus, cum nullus uictrum possit asserere sanctis iam mortuis tam longas esse aures, ut ad eos usque pertingant orationes nostræ:

### Papisticus.

Attamen iubet spiritus nos mutuo alios, pro alijs intercedere:

### Euangelicus.

Verum est, Hoc etiam mutuæ charitatis est exercitium in hac uita.

### Papisticus.

Etiam negatis sanctos, beatam cum Christo

O s uitam

uitam degentes, non solum imitandos, sed & uenerandos & orandos esse.

### Euan gelicus.

Sanctorum ueneratio non alia nobis commendaatur in scripturis, quam quæ in uniuersitate.

**Psal. 15.** sum debetur fidelibus, iuxta Psalmum 15.

**Psal. 139.** & 139. Sicutamen ut unicuique habeatur honor pro mensura gratiæ. Ergo de sanctis prout quisque eorum excellit Dei donis, aut in altiori gradu collocatus est a domino, honorifice sentiendum est, ac loquendum.

### Papisticus.

Nec cultum exhibetis, sicut nos solemus.

### Euan gelicus.

Cultum illis exhibere, sicut nos soletis, prophætia est supersticio, & quæ gentium potius insaniam redoleat, quam Ecclesiæ Dei conueniat. Quin etiam palam repugnat præcepto: Dominum adorabis, & illum solum coles, Deut. 6. Matth. 4.

**Deut. 6.**

**Matth. 4.**

### Papisticus.

Si quis autem in templo, aut extra templum, prius sola oratione ad Beatam uirginem, aut Sanctorum aliquem recurrat, num peccare illum dicens? Nostri enim docent, quod sancti intercedunt, priusquam Deus, inuocari possint?

*Euan*

## Euangelicus.

Si omnino fas non est ad Sanctos in præcibus cōfugere, frustra disputatur ante an post. Cum autem Christus nobis sit propositus me diator unus, per quem ad Deum debeamus accedere, qui illo præterito uel posithabito, ad Sanctos se conferunt, nihil habent, quo suam prauitatem excusent. Salomon in solemni tem pli dedicatione, hunc usum exprimebat. 1. Reg. 8. Hic inuocabitur nomen tuum domine. Extra templum dicunt omnes fideles: Hi in curribus, alij in equis, nos autem in nomine domini inuocabimus, Psalm. 17.

1. Reg. 8.

Psalm. 17.

## Papisticus.

Est etiam articulus, qui priorem sequitur. Articulus Qua propter inquiunt sancte & religiose fa ciunt, qui loca sanctis dicata, una cum ipso rum reliquias religiosa pietate uisitant, & hoc modo ab ipsis opitulationem querunt, ita & nostri credunt.

## Euangelicus.

Abusus est maximus in præcando, cum ab illis aliquid petitur, à quibus peti non debebat, ut cum homines orant Sanctos, qui nunc cum Domino uiuunt, ut intercedant pro eis, auri ipsi eis conferant ea, quibus opus habent.

Papisticus.

## Papisticus.

Nostri quidem homines orant S. Sebastia-  
num, ut defendat aduersus facula & uenena,  
S. Antonium, aduersus ignem sacrū. S. Apo-  
loniam, dentium dolores, &c.

## Euangelicus.

*Confutat.  
ii.*

Sed est abusus & error maximus. Item cum  
homines Sanctorum statuas, atq; imagines in-  
uocant, tanq; ipsos sanctos, ut sit ab illis, qui  
ad certas statuas ex uoto commineant, quæ ido-  
lolatria totum ferè mundum occupauit, & ut  
tollatur, populus diligenter à sanctis ad Deum  
per nostros concionatores reuocatur.

## Papisticus.

*Argu.  
contra.* Quibus quæso argumentis utuntur, reuocan-  
tantes populum ab inuocatione Sanctorum?

## Euangelicus.

- 1 Dicam tibialiquot. Primum quod nullum mandatum extat, inuocando esse defunctos sanctos. Secundo constat, orationes, quæ in scripturis habentur, ab ipso spiritu Dei formatae atq; profectas esse, ac ideo esse absolutissimas, nobisq; maxime imitandas. Tertio extat promissio & mandatum de Christo solo, quem proposuit Deus reconciliatorem, Roma. 1.
- 2 Papist.

**Papisticus.**

Potes mihi hoc probare ex sacra scriptura?

**Euangelicus.**

Possum quidem, Et Deus non uult alium  
mediatorem, quam suum filium dominum  
nostrum Iesum Christum, 1. Timoth. 2. Et 1. Tim. 2.  
Deus testatur, quod uelit propter illum exau-  
dire, & uelit sic coli: Sicut de Christo extat te-  
stimonium: Tu es Sacerdos in æternum,  
Psal. 110. Item Matth. 11. Venite ad me om- Psal. 110.  
nes, qui laboratis & onerati estis, & ego refo- Math. 11.  
cillabo uos. Item Ioan. 15. Quicquid petier- Ioan. 15.  
tis patrem in nomine meo, dabit uobis.

**Papisticus.**

Ergo de Sanctis nullum tale uerbum habes-  
mus, quod Deus uelit coli illorum inuocatio-  
ne, uel quod propter illos uelit exaudire:

**Euangelicus.**

Est horribilis impietas, mihi certo crede, fi-  
duciam debitam Christo, transferre in San-  
ctos sine uerbo & mandato Dei.

**Papisticus,**

Sequitur inde homines imperitos incipere  
de Sanctis irreuerenter sentire uel loqui.

**Euangelicus.**

Audi

Audi quæso, aliud est Sanctos inuocari,  
aliud uenerari, aut honorare. Honorandi sunt  
non inuocandi & adorandi, quod tamen uile  
go fit.

### Papisticus.

*Pia ueneratio sancto=rum ueneratio-*  
rum.

### Euangelicus.

Deum laudare, quod donis adeo prædaris  
eos ornauerit, constanti fide, uero timore, ua-  
rjs uirtutibus, qtuæ omnia ita populo nostro  
proponunt nostri concionatores, ut de illis  
& diligenter cogiter, & ea magnificat, &  
Deum imprimis, qui talia in Sanctis opera-  
tur, laudet, eisque gratias agat, tum ipsos etiam  
Sanctos prædicet, quod tam pie donis illis uil-  
fint.

### Papisticus.

*Vetus mos  
coledi san-  
tos.*

Sed tamen uetus Ecclesia Sanctos coluit:

### Euangelicus.

Verum est, sed eo modo, quo dixi. Hoc  
enim pacto & fides Christi in nobis confirmat-  
tur, quo nimis Deus nobis quoque pro nos  
fra portione sit benefacturus, & excitatur su-  
dium exempla illorum sedulo imitandi.

Papisti

## Papisticus.

Pudet iam pigetq; me ueteris cantilenæ: Sancte Petre, ora pro nobis, cū interim ex iusticia Litania. addimus: Libera nos domine, Propitius esto.

## Euangelicus.

Age dic mihi quæso, quis non horreat di- Oratio ad  
cere ad D. Petrum, uel alium quempiam diuino Sanctos est  
rum: Pater noster, qui es in cœlis, quam for- cōtra ora-  
mam orandi nobis præscripsit: Non enim tionem do  
Deus est, non pater noster est. minicam.

## Papisticus.

Qui ergo Sanctos inuocant, faciunt id ex  
hominum commentis:

## Euangelicus.

Recte iudicas, Ideo nemo potest & debet si-  
ne grauissima Dei contumelia commenta ho-  
minum dictis, & exemplis Spiritus sancti præ-  
ferre, omnia autem exempla orationum tra-  
dita à Spiritu sancto Deum solum inuocare  
docent, neq; ullū extat quo appellantur, Diui,  
quiis facile intelligit, quām indignum sit  
Christianis, qui opē Dei ueris præcibus quæ-  
rere debebant, uti hoc nouo inuento appela-  
undi diuos, quod cum doctrina & exemplis  
Spiritus sancti omnino non conuenit.

Papisticus.

## Papisticus.

**Sepulchra** Cur ergo apud ueteres ad sepulchra sanctorū. &orum Martyrum præces habitæ sunt, & scri conuentus celebrat?

## Euangelicus.

Ideo factum est, ut ex recordatione fidic quæ in Martyribus tam præclare eluxit, populus ad similem pietatem & fidem cū à Deo sibi orandum, tum ad eam se se excitandum magis excitaretur & inflammaretur.

## Papisticus.

Quid autem ipse locus, tum etiam laudes Martyrum, quæ illis in locis cum prædicatione Euangeli Christi, usuq; Sacramentorum celebrari consueuerant, admonebant?

## Euangelicus.

Admonebant & testabantur uirtutes Martirum dona fuisse gratuitæ bonitatis Dei, impetrata eis merito Christi, & effecta in eis spiritu sancto, nobisq; ad hoc proposita, ut cedem nobis à patre cœlesti petamus, & speramus per Christum ipsiq; nos ad studium eorum amplius excitemus.

## Papisticus.

Ergo

Ergo damnas etiam peregrinationes, & Contra pe-  
non religiose facere dicis eos, qui loca sanctis recrimitio-  
dicata ex deuotione uisitantes.

### **Euangelicus.**

Christus omne discrimin locorum sustu-  
lit, cum diceret Ioan. 4. Venit hora, quando Ioan. 4.  
ueri cultores, non in monte hoc, nec Hierosolymis,  
sed ubique adorabunt Deum in spiritu  
& ueritate. Sic Paulus ad Timot. 1. cap. 2. in 1. Tim. 2.  
quit: Viros iubeo in omni loco tollere puras  
manus.

### **Papisticus.**

Cur ergo nostri tot templa erigunt & con-  
secrant?

### **Euangelicus.**

Iudaismum planè reuocant, qui locis affini-  
gunt nouam sanctitatem, ut pietatis officium  
censeatur, hunc aut illum locum inuisere,  
quanquam supersticio hęc Iudaismo deterior,  
quod locus adorandi Hierosolymis designa-  
tus aliquando fuit. Iti autem idololatrarum  
exemplo locus & fana sibi pro libidine eri-  
gunt.

### **Papisticus.**

P Ecquid

**De miraculis sanctorum.** Ecquid sentis de miraculis Sanctorum? Nostris enim docent, non esse dubitandum, Sanctos & in hac uita mortali, & in paradiſo agentes miracula operari?

### **Euangelicus.**

Scimus ex scripturis, ad quid ualeant, & in quem finem conferenda sint miracula, nempe ad confirmandam doctrinam.

### **Papisticus.**

Vbi hoc quæſo scriptum est, dic mihi!

### **Euangelicus.**

**Marc. 16.** Apud Marcum cap. 16. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Item apud Lucam in Actis cap. 14. Quod Dominus reddebat testimonium sermoni gratiæ suæ, cum ederentur signa manus Apostolorum.

### **Papisticus.**

Quis ergo est usus miraculorum?

### **Euangelicus.**

Hic est legittimus usus miraculorum, ut recipiantur tanquam doctrinæ Euangeli signa, eoq; non hominum, uel Angelorum, sed unius Dei gloriæ seruiant. Quemadmodum Petrus dicebat, Acto. 4. Viri Israelitæ quid

hos intuemini: quasi nostra uirtute aut pietate hoc fecerimus. Nomen Christi & fides, quae per eum est, contulit huic sanitatem.

### Papisticus.

Etiam ne malos miracula facere posse credisse.

### Euangelicus.

Ita sane. Nam & Christus prædixit regnum Antichristi miraculis stabilitum iri, Matt. 24. Matt. 24.  
Et hoc Christi uaticinium confirmauit Paulus 2. Tessa. 2. Constituimus igitur cum Augustino, dominum cautos nos reddidisse aduersus mirabiliarios, sic enim loquitur, qui signorum prætextu, orbe in abducunt ab unitate fidei.

### Papisticus.

Ego sape audiui per Sanctos multa miracula ædita esse, sed posthac non credam, ne ab unitate fidei abducatur.

### Euangelicus.

Vt non abducaris cautionem hanc duplicitem diligenter teneto. Nam & multis præstigijs illudit Sathan hominibus, & multa etiam designari patitur Deus, ad vindicandam hominem ingritudinem, sicut D. Paulus testatur, 2. Tessa. 2.

2. Tessa. 2.

## Papisticus.

**Obiectio.**

Vt tandem articulum de inuocatione Sanctorum concludamus. Si sanctos negas intercessores, Cur quæso Mattheus inquit: Accedentes discipuli eius, rogarunt illum dicentes: Amitte illam: Nam clamat post nos?

## Euangelicus.

Ibi sermo est de terrestribus non cœlitibus sanctis. Certissimum est Sanctos in terris intercedere pro quibuslibet periclitantibus. In certissimum est cœlites intercedere pro nobis. Imò longe certissimum est minime nosse omnes cogitationes, & omnia uota nostra. Discipuli ex impatiensi non benigno animo intercessorum accedunt ad Christum. Item non legitur ad Apostolos, sed ad Christum clamare, Apostoli erant adhuc uiuentes. Nos uero non negamus uiuos orare pro uiuis. Nec sunt discipuli exauditi, sed oportuit ipsam accedere & exaudiri. Tale est & illud, qd de Adonias. Item de beata Virgine, Ioan. 2. adducunt.

## Papisticus.

Legimus tamen in Genesi cap. 18. Abramum intercessisse pro Sodomis. Igitur ex hoc facto nostri Sanctorum intercessionem approbant:

Euan-

### **Euangelicus.**

Sed non intelligunt non eosdem esse diuos & sanctos, uiuens pro uiuente orat, ex præcepto Christi & charitatis, non sic diuus pro uiuente. Nam si sic, cur non Habel, Seth, Hasnoch, Noe. (Nam hi iam ē uiuis excesserant & diu erant) pro Sodomis orasse legimus? Quare hic locus potius contra eos pugnat, quam patrocinetur.

## **De Imaginibus.**

### **Papisticus.**

**N**ostri Theologi etiam scribunt & docent de imaginibus ita: Gratus est etiā *de imaginib⁹* Deo *imaginum usus, recteq⁹ coram eis procumbimus, inuocaturi Sanctos, quos representant. Quid quæsto uos dicitis?*

### **Euangelicus.**

Sacra scriptura seuerissime prohibet adorationem statuarum & imaginum, ne ante ilias homines procumbant uel genua flectant.

### **Papisticus.**

Age dic mihi unum atq⁹ alterum sacræ  
P 3 scriptu-

scripturæ locum, quo hoc quod iam dixisti  
probare potes?

### Euangelicus.

- Exod. 20.** Exod. 20. Ne facias tibi sculptile, neq; omni  
nem similitudinem, neq; rerū cœlestium, neq;  
terrestrium, neq; earū, quæ sub terra in aqua  
sunt, non adorabis ea neq; coles ea, &c. Deu-  
**Deut. 6.** tro. 6. Dominum Deum tuum adorabis, &c.  
**Matth. 4.** Ium solum coles, Matth. 4. Item Psalm. 144  
**Psal. 144.** Prope est dominus omnibus inuocantibus eis  
subiecit inuocantibus eum in ueritate.

### Papisticus.

Quare additum est in ueritate?

### Euangelicus.

- Ioan. 4.** Quia tales inuocatores & adoratores dilig-  
git, hypocrita uero detestatur. Ita Ioan. 4.  
ubi dicit, In spiritu & ueritate. Nam patet tu  
les requirit, qui adorent ipsum. Quisquis ergo  
non est dominus Deus noster, hunc nec adorar-  
re licet, nec colere, nec sancti, nec Angeli, do-  
mini dij nostri sunt, ministri domini Deino-  
stri & conserui nostri sunt. Ideo nec adorandi  
sunt, nec colendi.

### Papisticus.

Quid inde quæso colligis?

Euan-

## Euangelicus.

Hoc quod Augustinus scribit: Non sit no= In libro de  
bis religio cultus hominum mortuorum, quia uera reli-  
fi piē uixerunt, non sic habentur, ut tales quæ= gione cap.  
rant honores, sed illum à nobis coli uolunt, ulti.  
Quo illuminante lœtantur meriti sui nos esse  
conseruos. Honorandi ergo sunt propter imi-  
tationem, non adorandi propter religionem.  
Si autem male uixerunt, ubi cuncti sunt, colen-  
di non sunt &c.

## Papisticus.

Quærām & legam sane hunc Augustini lo-  
cum, quam primum domum uenero.

## Euangelicus.

Viderint hic iuuicatores & cultores san-  
ctorum, adoratores imaginum, & angelorū.  
Neq; enim negare possunt, se non adorare, in-  
uocare & colere Deum solum, Siquidem scri-  
bitur Apoca. 22. Hominem ab Angelo pro-  
hibitum, ne se adoraret, sed unum Deum, sub  
quo ei esset & ille conseruus. Apoc. 22.

## Papisticus.

At maior pars nostrorum hominum arbi-  
tratur se tum efficaciter precari, cum preces  
suas corā statuis & imaginibus dicunt, indeq;  
P 4 uarie

230

uariè ornant, & luminibus accensis, suffitū, &  
alijs donis, tum etiam ad eas à longinquis locis  
ex uoto cōmeando, uenerantur eas & columnas.

**Euangelicus.**

Nostrī pastores & Ecclesiastæ singulari stu-  
dio in hoc incumbunt, ut populum ab hac ido-  
lomania, omniq; abusu imaginum & statu-  
rum auocent.

**Papisticus,**

Quaratione id faciunt, age dic mihi quæsio-

**Euangelicus,**

*Pugnant  
hæc cōtra  
prima de-  
calogi ca-  
pita.*

Quia faciunt aperte contra Dei præceptum  
omnes h̄, qui se ante imagines & statuas pro-  
sternunt, genua deflectunt, caput inclinant vel  
aperiunt, manus & oculos præcandi modo ad  
illas tollunt. Deinde & eos, qui illas uestiunt,  
& ornant, qui eis suffitum faciunt, lumina ac-  
cendunt, offerunt, & donaria suspendunt,  
hymnos cantant, similesq; honores & cultus  
exhibent, qui uni Deo debentur.

**Papisticus.**

Probato mihi hoc uerum esse, scripturæ sa-  
cræ testimonio:

**Euangelicus.**

Apostolus Paulus ab hac idolatria dchor-  
tatur.

tatur cū scribit Corinthijs: Neç simulachro-  
rum sitis cultores, sicut quidam illorum. Item:  
Fugite à simulachrorum cultu. 1. Corint. 10.  
Et 1. Ioā. 5. Filioli, cauete uobis à simulachris.

1. Cor. 10,  
1. Ioā. 5,

### Papisticus.

Quis autem est uerus usus imaginum?

### Euangelicus.

Nostri Theologi docent, nullū posse Chri-  
stianis usum esse imaginum, nisi cum propo-  
nuntur imagines, quæ ueras & tales res, & eo  
modo exhibent, ut recordatio earum rerum  
conducat ad fidem excitandam, & homines  
prouocandos ad officia pietatis.

*Uerius  
usus ima-  
ginum.*

### Papisticus.

Ergo mentientes & fallaces imagines, quæ  
manifestam impietatem, & idololatriam sug-  
gerunt, & confirmingant reñcitis:

### Euangelicus.

Ita sane. Nam Deus passim in scripturis,  
& secundo etiam capite decalogi huiusmodi  
imagines, & statuas damnat, quo uetus habe-  
re & colere deos alienos, propter quam etiam  
populum suū Iudaicum, & gentes alias, olim  
post grauissimas Prophetarum minas, extre-  
mis calamitatibus adfecit, & crudelissime ex-

P 5 terminauit

terminauit e terra promissionis, & benignitu  
tis suæ.

### Papisticus.

Hic mi Euangelice finem disputandi facia  
mus, uincor & fateor uera esse omnia quæ  
dixisti, faxit Deus, ut cedamus & obediamus  
ueritati uerbi Dei ex animo.

### Euangelicus.

**Conclusio** Id tibi ex corde præcor, præsertim ut brevi  
**disputatio** mutes animum & habitum atq; uitæ statum  
**nis.** secundum uerbi Dei præscriptum, ne simul  
cum Sodomitis tuis & uerbi Dei derisoribus  
atq; contemptoribus perpetuo anima & corpore pereas.

### Papisticus.

Dabo operam, Deo adiuuante, ut liber iam  
corde & animo per uerbum Dei, siam, & cor  
pore atq; uita liber. Vale, & pro me Deum  
ora, ut in me adaugeat fidem, & me conseruet  
in hac doctrina sua perpetuo.

Soli Deo laus, honor, & gloria  
in secula, Amen.

FINIS.

# Index locorum

secundum Alphabeti  
ordinem.

Absolutio.

A.

113

C.

Concupiscentia.	4
Confessio.	25
Consecratio.	114
Confirmatio.	177
Concilia.	131
Ciborum delectus.	151
Ceremoniarum usus.	170

D.

Dierum discrimin.	164
Dies dominicus.	165
Desponsatio clancularia.	196
Eleua-	

## INDEX.

E.

Eleuatio sacramenti.	119
Ecclesia.	120
Excommunicatio.	127

F.

Fides.	48
Feriæ Apostolorum.	167

I.

Jejunium.	157
Impositio manuum.	177
Imaginum uerus usus.	231

L.

Liberum arbitrium.	11
--------------------	----

M.

Missæ.	94
Matrimonium.	190
Monasticus ordo.	200

Monas<sup>t</sup>.

INDEX.  
Monachismus.

202

Opera bona,  
Oratio.  
Obedientia.

O.

62  
168  
204

Peccatum.  
Peccatores oēs homines.  
Poenitentia.  
Purgatorium.  
Paupertas.  
Peregrinationes.

P.

3  
8  
21  
83  
205  
223

Satisfactio.  
Sacramenti ueneratio.  
Sanctorum inuocatio.  
Sepulchra sanctorum.  
Sanctorum miracula.

S.

41  
111  
211  
222  
224

Tradi-

# INDEX.


T.

**Traditiones humanæ.** 143

V.

<b>Vnctio extrema.</b>	182
<b>Votum.</b>	200
<b>Virginitas,</b>	209





A 223 2432

OCN 1434633172